Heraclides Lembus

HERACLIDAE PONTICI

FRAGMENTA

DE REBUS PUBLICIS

EDIDIT

E CODICIBUS,

EX ANTIQUIS AUCTORIBUS ET EX INGENIO

EMENDAVIT

ATQUE COMMENTARIO PERPETUO PRIMUS

ILLUSTRAVIT

DR. GEORG DAVID KOELER

RECTOR GYMNASII DETMOLDENSIS

ADDITA EST

VERSIO GERMANICA.

HALAE SAXONUM

EX OFFICINA RENGERIANA. 1804.

VIRO AMPLISSIMO

SIBIQUE SUMME COLENDO

DIETER. AUGUST. KOENIG

SENATUS REGENDO PRINCIPATUI LUPPIACQ PUBLICI

DIRECTORI

HUNC LIBELLUM

OMNI, QUA POTEST, OBSERVANTIA

AC PIETATE

VOVET

EDITOR.

Non dicam, Vir amplissime, quali sensu arripiam calamum, quo Heraclidem meum Tuo nomine inscribam. Quod quoties cogito, toties maxima eademque purissima voluptate effertur animus meus gratissimus atque exhilaratur. Reprimam hic potius atque refraenabo impetum animi mei causas illius sensus exponere aventis, quantumlibet reluctetur, quam ut res divulgem, quae non sunt pudoris Tui, in quibusque, ut fas est, declarandis me defecturum esse, ipse praevideo. Nae satius est, talia esse clam aliis, quam si neque enunciantur neque persentiscuntur sicut decet, quorum illud vires meas excedit, hoc expectari nequit ab iis, qui necessitudinem, quae Tecum mihi intercedit, ignorant. Tantum habento, me non posse Tibi palam non testari animum meum gratissimum, quanta benevolentia quamque aequabili favore Tu me amplexus sis, memorem in aeternum. Eiusdem in se animi mei sensa hic una eram explicaturus Superintendenti generali et Scholarchae proh

dolor olim noſtro immaturaque morte rebus humanis praerepto L. F. A. de Coellu, cuius Manibus inferias me hic eſſe allaturum ſane non augurabar. Utrique digni eratis pignore multo meliore, quam hocce perquam tenui, quod veſtra dignitate meaque voluntate multo inferius eſt. Verum, quae Tua eſt humanitas atque clementia, Vir Ampliſſime, indulgebis meae imbecillitati, quam aequi bonique conſulturum etiam Beatum illum fuiſſe, mihi habeo perſuaſum, qui utinam participare vivus illud potuiſſet! Tu, pro generoſa Tua indole conſilium meum in meliorem partem interpretabere, ſimulque reputans, mortales in ſuam ſortem non dominari, animadvertes, cur in incertum meliorum aut aptiorum eventum qualecunque illius animi pignus differre noluerim. Quod Tu ſi accipies eo animo quo ego illud eſſe iubeo monumentum mei erga Te, gaudium meum profecto cumulabitur.

PRAEFATIO.

Cum ante aliquot annos in bibliotheca nostra publica in Heraclidae fragmenta de politiis, a Cragio ad calcem reipublicae Lacedaemoniorum edita forte incidissem; contigit mirari, qui fiat, ut scriptor tam utilis et ob rerum, quas tradit, varietatem ad eruditionem editoris ostentandam tam idoneus, iaceat incultus adhuc situque et squalore obsitus, dum alii in luce literaria apricarentur, qua essent multo indigniores, saltem non tam indigi. Quaerendane sit eius

rei cauſſa in raritate exemplarium typis expreſſorum, an in codicum penuria, quorum opem Heraclides valde deſiderat, an vero in difficultatibus, quibus irretitos ſeſe et circumſeptos videbant, qui ad illum edendum adiicerent animum, iure dubitaveris. Quod fieri ſi velis, uti decet, Heraclides ſane non eſt in iis, quorum editio levi duntaxat opella profligari queat, imprimis cum promat multa non in triviis proſtantia, quorumque fontes valde abditi ſunt acceſſuque difficiles. Hoc igitur moratum ſit non paucos, modeſtiores et cautiores illos quidem, quo minus Heraclidem paedore horridum excolerent, e ſuis latebris tandem protraherent eiusque ſolitudini ac inopiae ſubvenirent. Idem tamen aliorum vanitatem allicere potuiſſet ad auctorem ornandum, unde opera dextre navata, non parum gloriae ad ſe redundaturum eſſe, mente praeciperent. Obſcuritas heraclidea igitur hinc non unice debet repeti. Alios aliae moleſtiae, in his duae illae potiſſimum, ab heraclideis adhuc

edendis arcuerint. Ne ipſe quidem umquam cogitaveram de hisce partibus ſubeundis. Verum, ut fit, ſaepe fugit, quo ferimur, quod non curamus, ultro invitat. Id quod mihi uſu venit in Heraclide. Circumſpicienti enim mihi ante tres hosce annos libellum, quo in germanicam linguam vertendo induſtriam ſuam popularibus approbaret iuvenis valde ingenuus, inque cariſſimis mihi meae disciplinae alumnis Auguſtus, Erneſtus Volckhauſen detmoldenſis; oblatus eſt Heraclides velut ultro ſeſe ingerens. Quem cur eum quidem in finem repudiarem, nihil cauſſae eſſe videbam, nullus igitur dubitabam, quin Heraclidem germanica lingua exprimendum ei proponerem, auctorem ut difficilem explicatu, ita translatu ſatis facilem. Neque hoc conſilio tamen poteram, quin eum, quem nudum omnino et omnibus praeſidiis orbum in publicum proiicere pudendum erat, lautiorem utcumque et comtiorem e manibus meis dimitterem. Satius itaque rebar fore,

ne habitu ſe tam indigno procederet, nonnullos ei pannos iniicere et pro nihilo nonnihil facere. Accedebat, quod ſciebam, Heraclidae haec fragmenta in paucis non niſi doctorum hominum manibus verſari, pluribus aegre eo carentibus deſideriumque eius ferentibus. Gratiam igitur ab iis initurum me ſperabam, Heraclidem tenuiter amictum tradens ipſis, quem vel nudum ſalvere iuberent. Conquiſitis igitur variis, quibus eius pauperies inopiaque ſublevaretur, cum animadverterem eum refoveri quadamtenus, ad plura conanda inſtinctus et ad abſolvendum quod inchoaveram, alienam opem mihi implorandam eſſe duxi, ubi meam eſſe defecturam videbam. Adii igitur, ut ſoleo, cum inops conſilii ſum, Heynium meum, quem virum praeclarum, deque me meritiſſimum aeterna pietate atque aequabili ſi haud proſequerer, nefas mihi foret vix expiandum. Is igitur, cuius non eſt, ne nunc quidem ob ſenectutem, cui non indulget, moleſtias defugere, quibus devorandis poſ-

ſit inſerviri aliorum aut reipublicae literariae uſibus, ſtatim mihi praeſto fuit, varietatem duorum codicum Leidenſis et Sluiskani, quos olim cum Cragii editione contulerat Iac. Perizonius, a beato Ruhnkenio ſibi ſubmiſſam mecum communicans, de quibus latius infra ſuo loco. Adiunxit his praeclaras in ſingula Heraclidis loca obſervationes, quae ſuis locis inſertae reperientur. Alia ex parte Heraclidem, opera quam ipſe ei navabam, iuviſſe paſſim mihi videbar, dum locis corruptis ex aliis auctoribus medicinam afferrem aut explicarem obſcura, aut exſignarem, quae alii viri docti in aliis libris in Heraclidem obſervaſſent, ſingula loca aut explicaturi aut emendaturi. Variis his commodis paratis et adhibitis luminis fines in Heraclide eo usque videns promotos, ut niſi minores, ſaltem non maiores tenebrae ſupereſſent fugandae; vehementer exacuebar, ut, ſi poſſem, quod earum reſtaret, diſſiparem. Quare ſummopere annifus ſum, ut totum Heraclidem in luce colloca-

rem et loca quaſſa reficerem integritatique ſuae redderem. Verum hoc ex parte tantum ceſſit, nec mirum, in ſcriptore, quem inſident tot labes, iam diu eo coalitae, qui tradit res multiplices, magnamque partem abſtruſas, reconditas ſibique proprias, ad quem emendandum et illuſtrandum via, a nemine ante me munita aut calcata, obſeſſaque a tot difficultatibus, nunc demum a memet erat patefacienda, ſternenda, atque purganda, poſtremo ad quem, uti convenit, tractandum ſupellex requiritur non tam curta, locusque magis opportunus. Horum rationem habebunt aequi cenſores. Si qui tamen iniquius ferent, me neceſſariis copiis deſtitutum talia conari, exigant melius eſſe, aliqualem ſaltem Heraclidem habere quam nullum, quo, absque calido hoc et praecoci conamine, diu fortaſſe carerent. Neque vero Heraclides is eſt, ad quem referatur totius antiquitatis lectio. Satis habere debet, quae ad ſe ornandum ſecundaria opera conferentur, neque tanti eſt, ut

eum edituri loca quaedam corrupta aut inexplicabilia morari ſe patiantur, quo minus eum edant. Quorum ut taceam, ut in tantillo ſcripto, paucitatem, vix erit locus aliquis ſive ſuſpectus ſive obſcurus, quem intentatum aut intactum tranſmiſerim, et ad quem, corrigendum aut illuſtrandum vel ulcere vel ſalebris eius oſtenſis, aliorum ſaltem animos et ſtudia non exciverim atque intenderim. Subiunxi quoque A. E. Volckhauſenii verſionem, denuo a me recenſitam atque caſtigatam, quae vicem tenere interpretationis perpetuae poterit, atque tres indices, qui huius libelli uſum ad alios fines magis accommodabunt. In his acquieſccre poteſt Heraclides, neque plura aequus lector requiret, qui hanc qualemcunque opellam boni conſulet. Praeiudicium eius faciunt, quodammodo, quae cenſor in actis liter. univ. (A. L. Z.) de iis immaturis commentariis, benevole et gratioſe iudicavit, quae Heraclidae in programmate per octo tantum dies pridem properabam. Omnia

iudicia, quae itidem haec copiosius in Heraclidem notata manent, reprehendant nonnulla licebit, grato animo accipiam, si ad veritatem et ad religionem referentur. Malignae autem ferociae censorum, praeter ius atque veritatem me insectaturorum, habebo quod reponam. Scr. Detmoldiae XIV. Cal. Apr. 1804.

1.

DE HERACLIDE PONTICO.

DE EIUS PERSONA, AETATE, VITA ATQUE INDOLE.

Mirari ſatis nequeo, quod hic Heraclides Fabricium in bibliotheca graeca, talium alias curioſiſſimum adeo effugit, ut nusquam accurate de eo agat. Ne quis, hoc inſcitia, non negligentia, factum eſſe credat, plura ſunt, quae vetent. Ut taceam, ei non potuiſſe non nota eſſe haec fragmenta politica ex aliis, qui dudum antea eum manibus illa triverant, ipſe ea excitat T. II. p. 160. et aliis locis novae edit. Itaque fuit aut mera ἀβλεψία, qua praeteriit ſcriptorem tam gravem, aut in hoc ſcripto tractando difficultates quasdam praeſenſit, ex quibus, quomodo ſe expediret, non habebat. Verum, quod magis mireris, ne cl. quidem Harleſius hunc Heraclidem iuſto loco aut modo in illa editione propoſuit atque tractavit, etſi plures, I. G. Voſſius de hiſtor. gr. I. p. 68., Ionſius de ſcriptor. hiſtor. philoſ. I. 17, Menagius ad Diogenem Laert. V. 8. 6. et Vir doct. in Mem. de liter. TXIV. p. 295. ſq., ex parte cum aliis a Fabricio T. IX. p. 20. bibl. gr. laudati, de eo agere occupaverint, ipſeque in Introduct. in hiſtor ling. gr. p. 226. eius haud oblitus fuerit. Cum igitur de Heraclide accurate egerit nemo, cumque in partes ſuas literarias diſcerptus tantum proſtet in nova bibl. gr. T. I. p. 195. 513. 487. T. II. p. 306. T. III. p. 43. 176. 495.

IV. p. 85.; ei, integritati suae asserto, peculiari opera eademque accuratiore me nunc adesse, non ineptum aut inane iudicabitur.

Inter omnes convenit Heraclidem cognomen pontici habuisse, quia oriundus fuerit Heraclea Ponti. cf. Strabo XII. p. 815. Neque hoc cognomen tamen sufficit ad eum ab omnibus aliis Heraclidis, qui plurimi fuerunt, distinguendum. Namque fuere plures Heraclidae pontici, quorum unum pyrrhichistam nugarumque venditorem commemorat Diogenes Laertius V. 6. loco classico de Heraclide. Alter fuit poeta, Didymi grammatici discipulus, Claudio Neronique aequalis, de quo videatur Suidas collatis Valckenario ad Ammon. praefat. p. XIX. et Harlesio in Fabricii Bibl. gr. T. I. p. 513. Hi duo fortasse idem cognomen inde habuerunt, quod originem a nostro repeterent. Facile tamen noster ab his distinguitur facileque eorum est princeps. Sane fuit noster in nobilissimis suae aetatis philosophis, eoque nomine a multis celebratur, inprimis a Cicerone, qui primus est, quantum memini latinorum, qui nostrum laudant. Vide praeter loca in indice ernestino de Divin. I. 57., quem infra in commentario suo loco exscripsi.

Cicero ibi pluribus locis eum auditorem Platonis appellat et confirmat, quae Diogenes Laertius tradit, eum fuisse patre Euthyphrone, natum,

Heraclidis. Rectius est ita ad primae declinationis normam hoc nomen flectere cum Valckenario ad Ammonium pag. 19., quam cum Gesnero in thesauro et cum viris doctis in Fabricii bibliotheca graeca.

Euthyphrone. Suidas Euphrone, qui tamen videtur ex nostro, hoc nomen repetente, corrigendus esse.

divitemque; quibus Suidas, ex aliis praeter Diogenem L. fontibus hauriens, nobilitatem generis et antiquitatem addit. Secundum illum Heraclides profectus Athenas se primum in disciplinam Speusippi contulit, Pythagoraeos audivit, sed maximo ac singulari studio sectatus est Platonem cuius imitandi magno studio tenebatur. Sotiene apud Diogenem Laertium auctore, etiam Aristotelem audivit, cuius auctoritas tamen non admodum magna est. Hanc Aristotelis auditionem videtur neque Cicero, neque Suidas scivisse aut agnovisse. Proinde maiore iure platonicis quam peripateticis, contra ac vulgo fit, videtur accensendus esse, etsi aristotelicis nonnullis auditionibus vacaverit.

Quod si verum est, ut facile esse potest, Heraclides noster paullo inferior aetate videtur esse quam Aristoteles. Hinc recte eum infra hunc ponit Diogenes L. Enimvero apud eum Theophrastus quoque et Demetrius phalereus eo superiores sunt, casune an ex consulto, nunc nequit diiudicari, quamquam hoc probabilius. Quomodo autem hi quidem, salva temporum ratione, Platoni potuerint dedisse operam priorem quam Heraclides, non intelligitur, siquidem verum est, quod refert Suidas, Platonem, dum Athenis abesset, in Siciliam ad Dionysium profectus, scholae suae praefecisse Heraclidem. Hoc iam factum esse potest primae in Sicilia ἀποδημίας tempore. Sed ponamus tertiam, quae fere contigit. a. m. 3645. Ol. 105. 1. Iam si comparamus cum hoc annum mortis Theo-

Platonem V. Diogenes. L. l. c. cf. III. 31. Suidas s. v. Proclus in Platon. Tim. p. 287 Simplicius ad phys. Aristot. p. 104.

phrasti, Apollodoro chronico apud Diogenem L. V, 58. auctore in Ol. 123 aut in a. m. 3717. incidentem: sequitur, ut Theophrastus 85 annos natus, cum obiret, illo tempore decimum tertium fere aetatis annum egerit. Hinc patebit, Heraclidem aetate priorem esse, recteque hunc illi in introductione in hist. ling. gr. praeponere cl. Harlesium. Quodsi de Theophrasto verum est: adhuc verius sit necesse est de Demetrio phalereo, illius auditore ideoque iuniore secundum Ciceronem de Offic. I, 2. Ad veritatem itaque proxime accedemus, floruisse Heraclidem circa Ol. 110. ante Christum 338 a. m. 3665. statuentes sub initium regni Alexandri magni.

De vita eius et moribus paucissima sunt, quae tenemus, et ne ea quidem satis liquida atque controversa inter se. In corporis cultu eum elegantiam quandam atque magnificentiam, in habitu incessuque gravitatem amasse atque affectasse scribit Diogenes, et tam lente incessisse, quasi in pompa procederet; inde, per oxymorum, patrium eius nomen ex ποντικῷ corruptum esse in πομπικόν. Sed cum idem narret, Heraclidem valde amplo et obeso fuisse corpore, pars saltem culpae istius moris, ab animo ad corpus transferri possit, neque hinc colligi, quod vanus fuerit. Sunt tamen, qui eum magnae vanitatis, tumoris animi inconstantiae stuporisque accusent, quorum princeps est cl. Meiners in histor. doctr. ap. Graecos et Rom. T. I. p. 206. Documentis utuntur iis, quae a Diogene Laertio referuntur de serpente, quem a se nutritum una secum mortuo vivum et conspicuum in lectulo efferri iussisset, ut videretur ad deos abiisse; de oraculo, quod Heracleotae de avertenda fame consuluissent, corrupto

ab eo, ut responderet, eos levatum iri hac peste tum demum, cum Heraclidem aurea corona honorarent, ac post mortem, ut heroem colerent, quorum dum illud fieret, morbo sacro ictus repente corruerit, aliis Heraclidem ullo consilio se in puteum praecipitasse referentibus; de plagio literario, in Chamaeleontem grammaticum patrato; de eo, quod Thespidis nomen suis tragoediis praescripserit; de fraude denique, qua a Dionysio metathemeno aut a Spintharo captus eius drama aliquod pro vere sophocleo tam pertinaciter habuerit, ut de suo errore sibi non posset persuaderi. Singula haec crimina dilui possunt modis facilibus, qui uniuscuiusque animum facile subibunt. Alia videntur nata esse ex obtrectatorum eius malignitate, alia ex mala dictorum factorumque eius intelligentia. Nonnulla non in hunc videntur competere, sed ab aliis Heraclidis in nostrum translata. Quodnisi cuncta vim aliquam haberent, Heraclides a crimine vanitatis defendi facile omnino posset; certe non probari illud, cui Ciceronis quodam iudicio maius momentum accedit, qui Heraclidem nostrum ait puerilibus fabulis sua refersisse. V. de nat. deor. I. 13. Cf. Diogenes Laert. VIII, 2, 11, ubi fictor miraculorum nominatur, et Plutarchus in Camil. 22. T. I. Verisimile ex his omnibus est, Heraclidem imaginandi vim, qua videtur praevaluisse, non satis subegisse iudicio et coercuisse et ab ea saepe fuisse abreptum ad miras res captandas, et narrandas, immo interdum fingendas, cuius studii vestigia in his ipsis fragmentis deprehenduntur. Verum propterea non statim totus homo damnandus erit aut dicendum, eum ingenio parum valuisse. Qui, quaeso, fieri hoc

potuit in homine, quem ipſe Plato dignum iudicabat, cui ſcholam ſuam committeret, in homine, cuius ſcripta ut optima ac pulcherrima praedicantur, quorum, ut mox videbimus, tum materia tum forma tam multiplex erat et varia. Neque profecto eſt vani omnino hominis levisque, tyranno necato patriam liberare, Heraclides enim dicitur fuiſſe, qui patriam ſuam urbem, tyrannide per vim ſublata, in libertatem vindicaverit.

2.

DE SCRIPTIS HERACLIDAE.

Indice, quem Diogenes L. ſcriptorum Heraclidis dat, furtivos tantum oculis perluſtrato ſtatim apparebit, eum inter polygraphos referendum eſſe, ſunt enim amplius quinquaginta, quorum nonnulla ex pluribus libris conſtabant. Cui ſi obiicietur, Diogenem omnia ſcripta, quae plurium Heraclidarum ponticorum ſunt, commiscuiſſe, neque ſatis diſtinxiſſe, quae ei iure, quaeque aliis deberentur: reſpondebitur tum Diogenem, non omnia eius ſcripta, ut ipſe ait, percenſuiſſe, tum ab aliis commemorari ſcripta Heraclidae pontici, quae in Diogene L. nequicquam quaeras, ut ipſum περὶ πολιτειῶν, cuius fragmenta adhuc habemus.

Atque ſcripta haec neutiquam fuere eiusdem argumenti aut eiusdem formae. Fuere moralia, quibus adduntur a Diogene politica physica aut philoſophica cum medicis; grammatica, cui inſeritur ſcriptum de muſica, rhetorica, hiſtorica, geometrica, dialectica. Neque rudis fuit in colendis elegantioribus literis, ſiquidem, Ariſtoxeno auctore,

etiam tragoedias condidit. Vix igitur fuit ullum genus literarum in quo eius ingenium nihil elaboraverit aut extuderit. Inter moralia, quae dialogi formam habuere, instar platonicorum, quae sibi exemplo proposuisse videtur, cf. Strabo II, p. 155, eminent scriptum de iustitia, laudatum ab Eratosthene catast. 29, qui primus est auctorum Heraclidem laudantium, et ab Athenaeo XII, p. 521. 23. F., de temperantia, de pietate, de fortitudine, de virtute, de felicitate, de voluptate, saepe laudato ab Athenaeo v. c. XII, 533. C. 554. E. In politicis praeter illud, unde nostrum fragmentum decerptum est, fuere de legibus, de quibus cogitare videtur Cicero de Leg. III, 6. et ipse Diogenes L. alio loco IX, 50. In physicis celeber erat liber de anima, laudatus a Plutarcho in Camil. l. c., a Stobaeo Ecl. phys. T. II, p. 596. Ed. Heer., a Tertulliano de an. c. 10. et Macrobio, in Somn. Scip. l. 14, p. 73. liber de natura, de rebus aut corporibus coelestibus, qui obversatus fuisse videtur Hygino Poet. Astron. II, 42. et Plutarcho de placit. phil. II, 13. Memorabiles sunt liber de inferis laudatus a Plutarcho adv. Coloten p. 1115. et de morbis. Grammaticorum inclyti fuere duo libri de Homeri et de Hesiodi aetate, totidem de Archilocho et Homero, quorum alterutrum ob oculos habuit Dio Chrysost. Orat. LIII, p. 274. Ed. Reisk. Praeter has Homero propriam operam dicavit λύσεσι ὁμηρικαῖς. Est igitur Heraclides inter primores grammaticos homericos tum aetate, tum dignitate. Librum eius de musica usurpavit Plutarchus de Mus. T. II, p. 1131. F., Athenaeus XIV, p. 624. cf Comment. in Ptolem. mus. p. 213. Scripsit librum huic affinem de poetica et de poe-

tis, ubi forte ad Ariſtotelis exemplum ſe compoſuerat. Alio libro conabatur tenebricoſum Heraclitum illuſtrare; alius ſcripti titulus περὶ στοχασμοῦ prodit, eum etiam tentaſſe criticam. Inter hiſtoricos inſignis eſt liber de inventionibus, in quo hiſtoriam inventionum ſcripſiſſe videtur et quidem primus in hoc genere. Haec ſunt praecipua ſcripta, eorum, quae a Diogene nominantur.

At enim non omnia perecenſuiſſe eum evincunt loca veterum, ubi alia laudantur. Moralium omiſit librum περὶ ἀποχῆς de abſtinentia, ſecundum Porphyrium de abſtin. I, p. 49. Ad genus phyſicum pertinet ſcriptum eius, cuius mentionem facit Plutarchus περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων, de dubiis quaeſtionibus naturalibus adv. Colot. p. 1115. A.; niſi dicas, eas partem conſtituiſſe τοῦ περὶ φύσεως. Ad idem genus videtur referri debere liber περὶ χρηστηρίων, de oraculis, citatus a Clemente Alexandr. Strom. I, p. 139., a Schol. Heſiodi p. 194. b. Forte indidem hauſit Plutarchus de Iſ. et Oſir. c. XXVII. T. IX, p. 138, Heraclidem ponticum dicens opinatum eſſe oraculum canobicum fuiſſe Platonis. Medicis Heraclidae ſcriptis ſine dubio attribuendus eſt liber περὶ ἄπνου, qui agebat de mortuo reſuſcitato in vitam excitatus a Galeno T. III, p. 169. Quid faciam Heraclidae Abari apud Plutarchum de audiend. poet. 1. p. 59. T. VII. eiusque Zoroaſtri

eius, non Heracliti, cui liber iſte cum aliis parum conſtanter tribuitur in Bibl. gr. T. III, p. 495, cum T. V, p. 234, Heraclidae noſtro aſſignetur. Recte, aliis locis Heraclidem tutantibus cum nulla pro Heraclito pugnent, cui adverſatur vel ipſe ordo auctorum commemoratorum.

apud eundem adv. Colotem p. 1115, ambigo; quaeri enim poteſt, an partes fuerint libri περὶ βίων, an vitae peculiares. Ne id quidem ſatis ſcitur, an in illo libro Heraclides vitam Illuſtrium hominum enarraverit, cum dici poſſit, eo nomine illum non ad phyſica, ſed ad hiſtorica a Diogene L. fuiſſe referendum potuiſſeque exponere de naturali, ut hoc utar, vita aut de animalium genere et modo vivendi. Hinc neſcio an cum cl. Schneidero in Heraclide rubetas nonnullas apud Aelianum H. N. XVII, 15. narrante, de tarentino potius quam de noſtro ſit cogitandum. Grammaticorum librorum numerum augerent Allegoriae homericae, hodiedum extantes, niſi dudum eſſet probatum a viris doctis, qui cuncti conſentiunt, eum ſerioris grammatici eſſe foetum. Ad id evincendum ſufficit vel hoc unicum, quod praeter alios noſtro Heraclide poſteriores Eratoſthenis mentio iniicitur, qui ipſe in cataſterismis noſtri meminit. Atque poterat facile fieri, ut grammaticus ille ſimulato Heraclidae nomine, quem conſtabat homerica tractaviſſe, fuiſſeque ingenio ad talia proclivi, ſuum foetum fucare eumque ſpecioſum reddere conaretur. Neque tamen certum eſt omnino, nomen Heraclides illarum allegoriarum auctoris recte ſcribi, cum in codicibus msptis ſcribatur Heraclitus. Hinc praeter alios Fabricius B. G. I, 22. hoc nomen iure praefert, ſequente Hemſterhuſio ad Lucian. T. I, p. 346. et clariſſimo Harleſio. Alia opera grammatica, quae vere ſunt noſtri, pro dolor, temporis invidia intercidere; praeter λύσεις fere ὁμηρικάς. Quas brevi cum ſe vulgaturum eſſe pollicetur Meurſius ad Apollonium Dysc. 19, adducor in ſuſpicionem, earum alicubi codi-

cem latere. Atque dignus eſſet profecto iſte liber, qui ederetur, cum, quamvis toties excitetur Heraclides a veteribus, tamen pauciſſima tantum fragmenta eius ſcripti ab iis ſint excerpta. Lubens huic noſtro tribuerem quem allegat librum Apollonius Dysc. Synt. IV, 10, p. 326. περὶ καθολικῆς προσῳδίας, niſi vehementer obſtaret Stephanus byzant., qui a modo Heraclide pontico nominato in voce Μοψουεστία Heraclidem grammaticum Mopſeatem distinguit. Neque dici debet vices eſſe vertendas atque ſeu decepto ſeu decipiente Diogene L. ei opera grammatica male adſignari, quae debeantur illi grammatico; Dio enim chryſoſtomus l. c. claris verbis Heraclidem ponticum ſcriptoribus Homerum tractantibus annumerat. Quod ad hiſtoricas Heraclidae partes attinet, non ſane primariae videantur ſecundum Diogenem L., praeter ſupra dictum de inventionibus librum, alium de pythagoraeis commemorantem, in quo illorum vitas Heraclides enarraverit. Neque ſpeciem aut colorem recipiunt a loco Plutarchi in Alexandro c. 26. p. 288. T. IV. haud probante, quod probare iubetur a viris doctis in Tomo III, p. 43. Bibl. Gr.; ſi quidem Heraclides alieno ab hiſtoricis loco Alexandri ſomnium de Alexandria condenda proponere potuit, ad ſomnia narranda alias ſatis proclivis. Cf. Artemidor. Oneirocr. p. 237. Ed. Rigalt. Quid? quod Heraclides iſte perbene poteſt eſſe Alexandrinus inter noſtri apud Diogenem L. ſynonymos. Ab alio horum, qui hiſtoriam perſicam quinque libris conſcripſerat, teſte Diogene L. coll. cum Etymol. magno in δανάκης opem petere poſſent hiſtoricam dignitatem noſtri adſtructuri, niſi hic cognomine Cumanus ab illo dis-

tingueretur. Melius historicae eius vices defendi ac sustineri poterunt nostro fragmento, ubi vere historicum agit, de quo videndi proxima tamen sectione locus dabitur commodior. Interim licebit asseverare Heraclidem, ut historicum proprie dictum vix ἀξιόλογόν τι condidisse, et eminuisse. Insignior fuit eius opera in geographicis et politicis duobus praeter citata a Diogene L. libris, altero, κτίσεσι, a Clemente Alex. Strom. I, p. 11. Ed. Sylb. memorato, in quo Heraclidem de coloniis deductis, de urbibus ab iis conditis, cultis et renovatis, verbo de sorte et conversionibus urbium factis a colonis exposuisse probabile est; altero de insulis, cuius hoc fragmentum profert Stephanus byzant. in Ὠλίαρος· Ὠλίαρος Σιδωνίων ἀποικία, ἀπέχουσα Πάρου σταδίους πεντήκοντα ὀκτω. Utrumque periisse mecum omnes dolebunt, qui damnum, quod inde fecit antiquae geographiae atque historiae studium recte aestimabunt. Similem librum Apollonio Dyscolo Mirab. hist. c. 19. auctore, περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι πόλεων inscriptum libenter vindicarem nostro Heraclidae, nisi illi, cui tribuit Apollonius, gentile κρητικός addidisset. Quod nomen emendans Olearius ad Philostratum p. 612., reposito κριτικός, cum omnium consensum merito tulerit, v. Bibl. gr. T. I, p. 195: nostro suum redhiberetur, modo effici posset, criticum hunc eundem esse cum nostro, qui et ipse fuit criticus. Atque facile fieri poterat, ut homo tam multiplex, quam Heraclides ponticus, pluribus cognominibus insigniretur. Utinam a parte mathematica Heraclidae quam obfuscat Diogenes L., alius ullum eius scriptum singulare titulo suo consignasset! Τὰ ἐν οὐρανῷ alii generi ab illo subiecta, eo traduci nequeunt, inprimis cum

extra mathematicae limites levibus ideis atque hariolationibus opinationibusque aſtrologicis ibi nonniſi ludere atque lascivire Heraclides potuerit, quippe qui delectatus eſſe eiusmodi ingenii luſibus videtur. Pro tali eius fructu habendus eſſe videtur liber περὶ ἐρωτικῶν apud Athenaeum XIII, pag. 602, qui differre videtur ab ἐρωτικῷ ἀκουσίῳ, nuncupato a Diogene L., ut totum a parte.

Iam haec varium et multiplex Heraclidae ingenium ſatis prodiderint. Verum cum ſtultitia quoque poſſit eſſe multifaria, placet nonnulla addere, quibus, non inſulſa aut vana ſolum mente cencepiſſe aut blateraſſe hominem apparebit. Opiniones, quas ſolus aut primus habuit, fuere, elementa rerum eſſe incongruas inter ſe ac diſſimiles maſſulas, atque patibiles, aut fruſtula — v. Sextum Empir. Pyrrhon hypoth. III, 4. p. 136. adv. Mathem. X, 5. p. 686., Euſebius Praepar, Evang. XIV, 23., Stobaeus Ecl. phyſ. 15, p. 350. T. I. E. Heer. — animam eſſe lumen, aut corpus pertenue e luminoſa materia textum — ſtellae lumen eſſe nubis ſublimis ſublimi lumine illuſtratae — Stobaeus Ecl. ph. I, 29. p. 578. — lunam terram eſſe caliginoſa nebula involutam — I, 27. p. 552. — Qualiacunque ſint haec dicta, aequiparanda ſunt dictis aliorum philoſophorum, quorum claritas atque praeſtantia conſtare creduntur. Fuit quoque Heraclides in paucis illis, qui terram rotari circa axem ſuum credebant — v. Euſeb. Praepar evang. XV, 58, Proclus in Platonis Tim. p. 281. cl. Schaubach in hiſtor. aſtron. p. 440, meamque univ. vet. geogr. T. I, p. 417. — Praeterea in grammaticis multa ſubtiliter iudicavit, v. c. de accentus ratione femininorum ſubſtantivo-

rum in λη et de discrimine vocum δεῖ καὶ χρή V. Etym. m. v. σταφυλή, pag. 742. et voce δοῦλος, nisi tamen haec ad Heraclidem grammaticum aliquis trahere malit. Maxime tamen valuit Heraclides doctrina et ubertate rerum memoria comprehensarum. Probe sciebat ea accommodare argumentis, quae tractabat et sententiis, eisque non parum hac arte lenocinii addere. Atque hinc patet Ciceronem esse veracem, cum eum de divin. I, 23. virum doctum immo et Tusc. Quaest. V, 3. virum doctum in primis appellat. Potissimum excellebat, ut videtur, eius doctrina in magna copia fabularum historiarum ac memorabilium rerum geographicarum et politicarum, earumque magnam partem reconditarum. In ipso nostro fragmento plura eius vestigia offeruntur. Quid mirum, si homo eo spiritu, quo noster Heraclides efferebatur, qui evehebatur tanto ardore ampliora contemplandi atque altiora perlustrandi, non satis sibi caveret ab aviis hominum, quos appellant, fanaticorum. Hoc enim crimine plane exsolvi vix poterit, tum propter plures testes graviores, qui eum cuiusdam levitatis insimulant, tum propter illius vestigia nonnulla clariora in factis scriptisque ipsius, quorum vel tituli v. c. περὶ εἰδώλων, περὶ τῶν ἐν ἅδου, προοπτικῶν, Ἄβαρις, Ζωροάστρης, περὶ χρηστηρίων aliique produnt animum, ulteriora humanis ac corporeis rebus spirantem et phantasiae indulgentem. Quocirca, sicubi fallit lectores, ipsum deceptum decipere invitum, non dedita opera in errores inducere dicemus. Accedit, quod plura narraverit non quod ipse crederet aut fidem iis haberi vellet, sed quod memorabilia aut dictu iucunda putaret, nam multum tribuisse lepori orationis ac ve-

nuſtati videtur. Longe tamen aberat ab eo, ut orationem vano tumore inflaret, ut potius mediocritati in dicendo ſtuderet, et variis perſonis, quas in dialogis loquentes inducit, ſermonem magna arte miroque temperamento, unicuique ſuum tribuens, accommodaret. Atque ſic facile, Diogene auctore, factum eſt, ut animos legentium delectaret ſermone, qui eo quod varius ac diſertus erat, eos magis adhuc tenebat. Videtur igitur Heraclides in ſe quodammodò complexus eſſe atque retuliſſe Platonem atque Ariſtotelem, illum dulcedine formae, hunc rerum varietate, non tamen ut utrumque in ſuo genero aequaret, illi enim heroes literarii aliquanto intervalli Heraclidem relinquunt pone ſe, qui tamen, etſi utrique cedat, aliquid habere ſe, quo careant, iactare poteſt. Platonem enim facile ſuperat doctrinae modo et varietate, ſermonis ſuavitate Ariſtotelem. Atque haec ſatis ſunto, ad gratiam homini, cui ab aliis nimia forſan invidia facta ſit, reconciliandam priſtinique favoris, quo florebat apud antiquos eum celebrantes et frequentantes, nonnihil ſaltem reparandum.

3.

DE HIS FRAGMENTIS, EORUM FONTIBUS ATQUE EDITIONIBUS.

Supereſt, ut de his fragmentis, eorum argumento, fontibus manuſcriptis et editionibus largius et curioſius diſſeratur.

diſertus. Sic interpretor Diogenis διηρημένος τὴν λέξιν, quod, oppoſitum τῷ συναιρεῖσθαι, ut in συνέλοντι εἰπεῖν ſignificat ſermonem paullo latiorem et planio-

Fragmenta esse, unicuique ſponte ſua, vel non profitente inſcriptione ἐκ τῶν Ηρακλείδου περὶ πολιτειῶν tam clare apparebit, ut nullam ultra probationem requirat. Alia enim eaque permulta non cohaerere, atque hiare, alia nonniſi capita longiorum ſectionum, alia in fine manca ac mutila eſſe manifeſtum et ſuis locis indicatum eſt. Verum illud in quaeſtionem venire poteſt, contineatne hic liber vere et proprie continuo ſermone auctoris non immutato fragmenta libri unius aut plurium, an potius ſit paſſim interceptis quibusdam epitome. Ad hanc quaeſtionem ſimpliciter reſponderi nequit. Nam alia tam conciſa ſunt, verborumque quadam parſimonia tam obſcurata aut tam duriter iuncta, ut ſtatim epitomarum ſpeciem prae ſe ferant, rurſus alia verboſiora ac diſertiora ſtylo epitomatorio, et aliena fere aut inutilia. Inde videtur effici, non unum in ſcribendis iis conſilium propoſitum fuiſſe, pluresque hic manus eſſe commixtas et conturbatas, alia eſſe fragmenta, alia epitomas; deberi auctori alia; alia eſſe epitomatoris. Huius procul dubio ſunt plura fragmenta v. c. 1, 2, 3, quod tamen auctoris manum ex parte maxime reddiderit 4. et alia; ubi nimis paucis res tanguntur, quae ſcriptori civitatum ſtatum ſe deſcribere profeſſo latius erant exſequenda. Sic nimis brevis eſt in exponenda civitatum conſtitutione Lycurgi et Solonis, ut inde iuſtam ac integram earum imaginem vix tibi fingas cum in fine quoque mutila eſſe et decurtata illa fragmenta videan-

rem, eoque gratiorem. Verſio ſermone diſtinctus nihil ſibi vult. Parili modo Thucydides τυχὰς οὐ λόγῳ διαιρετὰς intelligit fortunas nullo ſermone explicandas.

tur. Contra alia intexuntur, quae auctor, ad illud modo consilium sua referens, nedum excerptor, omittere debebat. Aliena ideo et supervacanea erant, quae fr. 1. occurrunt de Hippomene; 2. de Alcmane, vate lesbio; 3. de Archilocho; de corvo albo cum pluribus aliis, quae lector attentus facile deprehendet. In aliis, deinceps sequentibus, epitomen quidem non perspicue agnosces. Sed nec in his te fugiet eadem importunitas in commemorandis iis, quae ad rem non faciebant. Videbis quoque, me indicente, priora fragmenta esse copiosius et disertius scripta, servato ordine chronologico, posteriora multo negligentius, nulla illius ratione habita, esse exhibita, neque omnia praebere aliquid politici, sed non pauca alia quoque, modo geographica ut 13, 19, modo biographica ut 6, 8, 12, quae tamen per me licet ad historica referre, modo mythologica fabulasque et historica ut 17, 26, 28, 31, 37, modo grammatica duntaxat et etymologica ut 33, 34, 35, 41. Ab altera parte non raro fragmentum ibi, ubi plura eaque politica desideras et expectas, cupidinem ac spem, quam inscriptio excitarent frustrabitur ut in fr. 32 de Rhodo, ubi de illustri hac insula et republica edoceri cupidus, inanes etymorum et fabularum paleas accipiens pol indignaberis.

Haec inaequalitas pellicit ad rem altiore et sagaciore indagine explorandam. Causa eius idonea vix inveniri potest in languore, quo corripiuntur librarii in tenore scribendi, diligentia paullatim deficiente, opera enim tam brevis scripti describendi adeo molesta non erat, ut fastidium creare posset, et tum debuisset diligentia libraria, cui haec fragmenta debe-

inus, minutatim magis magisque evanefcere. Sed enim hoc contra eft, ut vel comparata inter fe fragmenta 35. et 36. oftendunt. Non magis latere illa poteft in penuria rerum praedicandarum aut in Heraclidae ipfius ignorantia. Etenim illud, cum nos adeo de plerisque regionibus, plura commemoratis ab Heraclide fciamus, verum effe nequit, hoc non cadit in talem, tam doctum virum, qualis Heraclides exiftimandus eft. Nolim tamen hoc ita intelligi, quafi de omnibus regionibus et infulis aeque multa dici potuerint aut debuerint. Fragmentum v. c. de Peparetho infula, non poteft tam late patere, quam epitome de republica Athenienfium. Hoc tantummodo quaeritur, an pro fine propofito fit dictum, quod fatis. Proinde non nego, partem caufae illius inaequalitatis effe in rebus ipfis. Iuftam omnium proportionem et relationem ad finem folummodo urgeo, internamque inaequalitatem reprehendo. Quinimmo concedo, eam ex parte cafu aut temporis iniuria nafci potuiffe, paffim alibi carpentis, quae alibi reliquerat. Non pauca certe eius veftigia claraque eadem paffim obvia funt fragmentorum in fine mancorum. Confer modo prima duo fragmenta. Reliquorum pariter nullum fere eft, cuius finis aut terminus certus fit, et in quo non cupias plura edoceri. Poftremo nonnulla librarii quoque culpa poffunt intercidiffe. Sed quicquid horum caufaberis, non magis tibi quam aliis fatis facies, neque habebis, quomodo miram illam rerum varietatem, ad finem, quem titulus profitetur, referas, eamque fatis excufes atque explices.

Circumfpiciendus itaque erit alius exitus, quo difficultatem hanc effugiamus. Optime eam evade-

demus, ſi ſumimus, haec fragmenta cinnum eſſe, ex pluribus iisque diverſis libris coagmentatum. Tum priora tantum vere fuerint politica, videlicet prima quinque fragmenta. De aliis 11, 14, 15, 16, 27, 29, 38, 42, minus certus ſum, quamquam eorum argumenta ſunt politica, ſunt enim ſingula quaedam aut tam pauca, quibus vix potuerit aut voluerit auctor legentium animis rerum publicarum imaginem informare, niſi quis in librarii negligentiam culpam conferet. Equidem tamen, eum in nonnullis ſequentibus curioſiorem eſſe animadvertens, aliunde petita malim credere et ex aliis Heraclidae libris, qui talibus abundabat, huc translata. Fragmenta 7, 8, 9, 10, 12, 13, 19, 24, 26, 31, 32, 36, 37, 40 poſſunt adſcripta eſſe ex libro de inſulis, fragmenta 18, 21, 25, 28, 30 huc deveniſſe ex eius κτίσεσιν ex libro περὶ ὀνομάτων, quorum fragmenta eſſe grammatica ſupra monui, reliqua ex aliis alia, ex diverſorum quoque generum libris, quandoquidem Heraclidem talibus omnes ſuos libros diſtinxiſſe aut referſiſſe conſtat. Ad tale quid credendum cogimur fere ſerie, qua ſingula fragmenta ordinantur, qua nil perverſius aut perplexius eſſe poteſt. En quaeſo duabus principibus rerum publicarum proprie graecarum, quae iure agmen ducunt, ſubiunguntur cretenſis inſularis et alienior adhuc cyrenaica in Africa. Tunc cum duabus proximis redeundum in Graeciam eſt, mox denuo relinquendam, ut quatuor inſulas ad Aſiae minoris oram ſitas, cognoſcamus. Hinc quaſi viciniae ergo iubemur Cumas excurrere, longo itinere marino nos iamiam in Euboeam traiecturi, unde in parvam et pauperem inſulam proficiſcendum nobis

eſt, ut mox reduces in Graeciam ſiamus et Arcadiam inviſamus, quam commode Eretriis aut commodius adhuc Eleis potuiſſemus continuare. Non diu hic morati in Aſiam minorem altera vice revehimur, unde in minimum temporis ſpatium, Lyciis ſolis conventis, in Italiam, praetervecti Graeciam, navigamus. Ea tamen non multo poſt adventum relicta interviſisque Moloſſis epiroticis, in Colchidem deferimur, unde Amorgo inſula obiter tacta in Italiam tendimus. Sed mecum non fatigabo lectorem enarrandis multiplicibus erroribus, flexionibus viae huius et anfractibus, quibus toties ter ad minimum in Graeciam Italiamque redimus. Quis quaeſo, non dicam, homo ſanus, quis, non inſanus modo, ſua commiſceret et perturbaret hoc modo, quo per ſuturam dari poſſet nil confuſius. Fragmenta 1, 2, 5, 6, 14, 17, 23, 30, 38, 42, macedonicis comprehenſis graeca ſunt, in iisque vel ea discerpta, quae coniungenda erant mocedonica 17, 23, 30, 38, quae ſicut natura, hic non confinia ſunt Thraciae fr. 27, quae inter Corcyram et Minoam Siciliae alieno plane loco, eſt intruſa. Inſulae hic ſunt multo magis disperſae, quam in ipſo mari. Cf. Fragmenta 3, 7, 8, 9, 10, 12, 13, 19, 21, 24, 26, 31, 32, 37, 40. Quid? ipſae inſulae hic laceratae ſunt, de Minois Siciliae agit enim fragmentum 28, de Agrigentinis eiusdem inſulae fr. 36. Cephalenum fit mentio duobus locis, altero ſuo fr. 31, cuius inſcriptio mutanda eſſe videtur in Κεφαλλήνων, altero non ſuo fr. 17. Quare I. Gronónius in Theſaur. Antiq. Graec. T. V, p. 8. verba Κεφαλλῆνες δὲ etc. huic male adhaerere iudicans relegavit ad fr 37, quem locum equidem profugis verbis recipiendis ineptum eſſe arbitror. Atque Cephali ibi obiter tantum mentio

ſit, et quodammodo ſieri debebat. Aptius praeſigerentur fragmento 31. Sed neque hoc nimis urgerem in ſcriptore, qui ut Heraclides, genio ſuo plus iuſto ſaepius indulgebat, neque ſibi ſatis temperabat a commemorandis alienis. Id quod tenendum eſt in horum fragmentorum critica, propterea relaxanda. Attamen verum manet, verba illa fragmenti 17 male disiuncta eſſe ab illo fragmento. Multo adhuc plura ita divexata ſunt. Quae ad Italiam ſpectant, diſſipata ſunt in fragmenta 16, 20, 25, 29, 35; quae ad Aſiam minorem in fr. 11, 15, 22, 33, 34, 39. Quam confuſum chaos! Nae ſi Heraclides eo dementiae potuiſſet delabi, ut poſſet ſua ſic digerere, reſcinderem extemplo atque reſecarem, quae pro eo dixi. Tentavi movique omnia, quibus turbae illi inerti atque indigeſtae, rationis nonnihil indere poſſem, ſed fruſtra. De ordine quodam chronologico, de gentili coniunctarum gentium affinitate, de mutua rerum publicarum vicinarum ſimilitudine cogitare nihil iuvabat. Ne illud quidem, quod modo de fragmentis his pluribus libris in unum congeſtis ſumſi, ad rem plane explicandam ſufficit. Tum enim quae eiusdem generis ſunt, una forent; quae nunc divulſa alienisque implicata ſunt, quamvis dicat aliquis, diverſorum librorum eſſe poſſe, quae ex uno deprompta eſſe opinatus ſum. Neque vero, quae e libro de inſulis derivavi aut e κτήσεσι Heraclidae, aliunde huc manare poſſe negavi; fragmentum v. c. 21, quod his, probabiliter opinor, adſcripſi, ex illo poteſt eſſe profectum. Manet tamen nihilominus veriſimile, multa diremta eſſe, quae cohaererent, v. c. fr. 5. de Corinthiis, quod vix ex alio quam fr. 1. de Athenienſibus fonte petitum male videtur ab eo diſtare, niſi dicere malis, fragmen-

de Lacedaemoniis propter cognationem vel gentilem vel politicam. Verum neque hoc admodum probabile eſt, cum ad hanc rationem nulla alia connectantur. In his fluctibus, in quibus firmo talo ſtare haud licet, optimum reor ſtatuere, aliquem e variis libris Heraclidae politicis et geographicis deinceps nonnulla excerpſiſſe, et deinde ad marginem adſcripſiſſe, quae eius generis in aliis eius libris offenderet, prout caſu ſibi offerrentur. Sic poſſunt, quae de Archilocho, 3, 8, 22, quaeque de Homero 3, 31, commemorat, e libro, quem de ambobus ſcripſit, huc translata eſſe et de Cumaeorum nummis dictum e libro περὶ εὑρημάτων. Atque haec, cum aliis, ut toties factum eſt, alieno loco in textum fuerint invecta, qui plura fert aperta veſtigia violentiſſimae interpolatione ſibi factae iniuriae. Vide in fr. 2, 7 et alibi. Alia hiant et manca ſunt. Vide praeter ſupra dicta ad fr. 4, 25; alia male inſcribuntur V. ad fr. 37. Hinc, ut ſingularum vocum aut phraſium corruptelas praetermittam, textum horum fragmentorum male mulcatum eſſe et opis criticae indigentiſſimum manifeſtum fit. Tanto magis, quam duo Leidenſes codices praeſtant, tam exiguam eſſe dolui. Vel peius ſunt adfecti quam Cragiana, morbo tamen non omnino pari. Alter modo omittit, quod alteri ineſt, modo habet alio loco. Confer quae ad fragmentum 9. de eteſiis et de helotibus fr. 2. monentur. Paene dixerim, hos codices mihi plus profuiſſe, eo, quod non habebant, quam eo, quod habebant. Dum enim utrique in fragmenti 10 fine deficiunt, cuius rei cauſam inferius indagabimus, firmant opinionem ſupra prolatam, haec fragmenta, qualia a Cragio dantur, eſſe plurium ſimilium e variis Heraclidae libris congeriem; utrique enim librarii,

quorum alter alteri non videtur obnoxius fuisse, quod eorum probat varietas, ibi non desivissent, si plura habuissent describenda, aut si, habuerint licet, vere politica esse censuissent, quae sola dari inscriptio profitetur.

Hoc igitur possit esse indicio haud aspernando, prima decem fragmenta vere excerpta esse, e libris Heraclidae περὶ πολιτειῶν — plures enim fuere secundum inscriptionem. — Atque nihil fere in ipsis est, quod huic refragetur, excepto fr. 6, quod, nisi misere truncatum est, vix potest ut politicum valere. Nam si quis de fr. 3, 6, 7, 8, obloquatur, e libro de insulis repetenda esse censens, nihil fere obstare cogitabit, quo minus ex illo pariter deducantur. Verum compage horum fragmentorum magis offendaris, quae et ipsa valde incommoda est. Cui nisi satis tutelae parari reberis superius dictis, ad corruptelam horum fragmentorum librariis illis antiquiorem sumendam adigeris. Alioqui rei asperitatem paullum mitigaremus, ponentes sex priora fragmenta esse vere politica, quatuor posteriora allita e libro de insulis. Ad liquidum hoc perducere vix licebit, nisi plures bonae notae codices invenientur et comparabuntur. Ne illud quidem certum est, Heraclidem scripsisse περὶ πολιτειῶν, cuius tota fides est penes librarium qui fragmenta sic inscripsit. Neque vero improbabile est ob Diogenis L. verba, scripsisse Heraclidem tradentis περὶ νόμων καὶ τῶν συγγενῶν τούτοις, quibus libri περὶ πολιτειῶν possunt implicari. Huc bene potest advocari Cicero ad Quint. fr. III, 5, ex quo loco patet, celebre quidem, neque tamen magnae auctoritatis Heraclidae fuisse nomen inter scriptores politicos. Huius quidem libri nullibi fit mentio apud veteres. Fides tituli igitur adeo magna ta 3. et 4. interiecta esse, et adhaerere fragmento 2

non est, et facile potuit fingi a librario, postquam verus perierat, qui potuit esse συναγωγὴ ἱστοριῶν. Qualisqualis fuerit, quae hic inde exhibentur, nonnisi fragmenta integri libri esse aperte fatetur. Atque alia eorum esse decerpta, alia in se contracta, iam supra conatus sum probare. Integrum librum ob oculos forte habuit Plutarchus, nam in Solone T. I. c. 1. p. 196. refert ex nostro Heraclide, matrem Solonis fuisse consobrinam matris Pisistrati. Ibidem Heraclide pontico auctore tradit, 22, p 226, e meretricibus prognatos Athenis, Solonis lege, non fuisse coactos, ut parentes alerent; non multo post 32, p. 241, Solonem Pisistrato diu fuisse superstitem; in Temistocle 27, p. 310, inter plures alios Heraclidem fuisse narrat, qui Themistoclem convenisse Xerxem perhibeant; in Pericle 27, p. 414, negasse, nomen ei mechanico, qui in lectica circum omnia, illo Samum oppugnante, ferretur, nomen non fuisse Periphoreto, accusatorem Periclis fuisse Lacratidam 35, p. 426; de Glor. Athen. 3, p. 88, T. IX, pugnae marathoniae nuntium fuisse Thersippum quendam. Haec vix ex variis Heraclidae libris dispersa corrasit Plutarchus, atque videntur tum numero, tum accurato rerum singularum et minimarum quod produnt studio probare, haec non passim obiter dixisse Heraclidem, sed in peculiari libro, quo ut fonte utebatur Plutarchus, et in quo respublica Atheniensium latius erat tractata. An ex eodem fonte sua hauserit Strabo II, p. 158. de mago, terram circumnavigante, VIII, 590 de calamitate Helices in mare demersae, XIII, 901 de sacris muribus circa templum Apollinis Sminthei in Troade, Antigonus Caryst. histor. 167, et Sotion in succession. 125 de lacu Scythiae Aorno ab avibus non impune supervolando, Etymol. m. in

Κιμμερίους de Cimmeriis ponto Euxino subiectis, vix decerni poterit. Heraclidem magno ac praecipuo studio rerum geographicarum captum fuisse abunde testantur, videnturque e communi cum pluribus hisce fragmentis fonte provenisse. Quod attinet ad priora, accuratius tractata, chronologicum quendam ordinem sequi auctorem, cum sponte appareat, monere supersedeo. Speciem habent historiae rerum publicarum politicae, intra cuius limites se continere voluisse Heraclides videtur. Omnia fere sunt ibi satis distincte exposita, maxime in primo. Non ubique tamen luxuriem ingenii sui caute et modeste satis amputavit; quam excerptor potius recidere debuisset, quam ut nimium contraheret, quae scire nostra plus intererat. Ab eodem auctore sine dubio profecta sunt et reliqua omnia, quamquam tum rebus traditis, tum socordia, qua proponuntur, valde ab illis diversa. Hoc nullo negotio colligitur e modo scribendi sibi ubique pari, ex indole rerum quas profert, et ex nonnullis, de quibus alibi eum egisse notum est, ut de Archilocho, cuius pro tantulo libello crebram mentionem iniicit. Verbo tam sibi ipsa constant, quam iis, quae de Heraclides ingenio a veteribus edocemur. Fragmentum 9 pro heraclideo agnoscere videtur ipse Cicero de divin, I, 58, qui archetypum integrum ibi legisse videtur. Quae ibi referuntur, probabile est fuisse in iis, quae de insula Cea memoriae mandavit, sed quae aut omissa sunt a librario, aut iniuria temporis abolita. Quis hic librarius fuerit aut potius primus excerptor, scire multum referret. A. Suida T. II, 79. commemoratur Hero quidam orator atticus, qui scripserit ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου ἱστοριῶν. Hic possit ille ipse esse, a quo haec fragmenta habemus, dummodo hunc Heraclidem

esse nostrum, possit demonstrari, quod quidem fieri posse, imo probabile esse nemo infitiabitur.

Iam operae erit pretium, paucis inquirere, unde Cragius haec fragmenta in lucem literariam protulerit, qui ne unicum quidem verbum ea de re dicit. Quodsi his fragmentis splendidus quidam ingenii fructus editus esset, neque alii codices extarent, suspicionem incurreret, se ea confinxisse. Sed res ipsa loquitur contrarium. Ingenii enim vix unicus igniculus deprehendetur, tanto plura utilia scitu et iucunda, unde multa obscura loca aut res antiquitatis lucem foenerari possunt. Inprimis studium antiquae geographiae aut historiae iuvabit atque promovebit. Historia cyrenaica atque agrigentina vix habebunt locum, unde plus lucis lucrentur. Doctrinam suam Heraclides quamvis pauculis hic satis testatam fecit. Quae omnia cum ita sint, nihil causae est, cur haec fragmenta vere Heraclidae esse negemus. Cur huius tandem nomen Cragius finxerit? Utinam modo dixerit, e quibus latebris ea fragmenta protraxerit. Coniici possit, ea latere in bibliotheca hafniensi, cum Danus sit. Alterutrum codicum Leidensium eum non potuisse exprimere, magna horum ab illis ex toto et in singulis diversitas declarat. Proinde a viris doctis enixo peto studio, ut latebras eius eruere velint, aut sicubi alium Heraclidae codicem latitare noverint, eius me certiorem faciant. Magni momenti foret in criticam horum fragmentorum, si plures codices praesto essent, quibus instructi certiora de iis definire queamus. Utrique codices, quorum varias lectiones mecum communicavit clarissimus Heynius, parum quidem faciunt ad iuvandum Heraclidem, utpote ab indoctis manibus scripti atque in fine fragmenti 10 in medioque fere libello desinen-

tes ac deſtituentes auctorem eiusque interpretem. Mirum habere poteſt quemquam, qui factum ſit, ut ibidem deſinant. Si alter ex altero eſſet expreſſus, eius rei cauſa facile deprehenderetur in eo, quod ectypum archetypo ſuo maius eſſe vix poſſet. Cum autem varient lectiones inter ſe, neque eundem fragmentorum ſervent ordinem: aut ipſe Perizonius neſcio quo interpellatus et interceptus, notationem variarum lectionum ibi abrupit, id quod inſpectio oculata Leidae facta doceret, aut excerpta ex libro de politiis decem prioribus fragmentis continerentur et reliqua, quibus continuantur, ex ſcriptis aliis Heraclidae aſſuta eſſent. Si viſum fuiſſet Ruhnkenio, codicum lectionibus aliquid elogii inſtar addere, penes nos locupletius foret iudicium de illorum aetate ac pretio. Seriorem tamen produnt multa barbare ſcripta, *συνεβέβασε* pro *συνεβίβασε*, *δράψαντας* pro *δρύφακτους*, *κατεπόντησαν* pro *κατεπόντισαν* in Sluysk., Τενέδια θέσθαι pro *τέννην διαθέσθαι*, *τῆς Κίας* pro *της Κέω* in Leid., qui tamen illo paullo melior eſſe videtur.

Reliquum eſt, ut diſpiciamus de editionibus horum fragmentorum. Veri per ſe iam eſt ſimile, omnes fluxiſſe e cragiana, eiusque meras eſſe repetiones. Prodiit illa, comite Cragii libro de republica Lacedaemoniorum ex officina Santandraeana 1593 in 4, repetita a Tornaeſio Lugd. Bat. 1613 et 1621. Hinc recuſa eſt ibidem 1670 in 8. et in Gronovii Theſauro Antiq. graec. T. VI, pag. 2821 ſq., qui in praefatione pag. 4. editionem romanam memorat, nec tamen ſatis clare an Heraclidae fragmentorum. Si qui et in his meliora me docebunt, docilem me ſibi et gratum eſſe praeſtiturum ſibi perſuadeant.

ΕΚ ΤΩΝ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ.

I.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

Ed. 1593. pag. 8

Ἀθηναῖοι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐχρῶντο βασιλείᾳ. Συνοικήσαντος δὲ Ἴωνος αὐτοῖς, τότε πρῶτον Ἴωνες ἐκλήθησαν. Πανδίων δὲ, βασιλεύσας μετ' Ἐρεχθέα, διένειμε τὴν ἀρχὴν τοῖς υἱοῖς· καὶ διετέλουν οὗτοι στασιάζοντες. . . . Θησεὺς δὲ ἐκήρυξε καὶ συνεβίβασε τούτους ἐπ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τιμῇ. Οὗτος ἐλθὼν εἰς Σκῦρον ἐτελεύτησεν, ὠσθεὶς κατὰ πετρῶν ὑπὸ Λυκομήδους φοβηθέντος, μὴ σφετερίσηται τὴν νῆσον, Ἀθηναῖοι δὲ ὕστερον περὶ τὰ Μηδικὰ μετεκόμισαν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ. . . . Ἀπὸ δὲ Κοδριδῶν οὐκέτι βασιλεῖς ᾑροῦντο διὰ τὸ δοκεῖν τρυφᾶν, καὶ μαλακοὺς γεγονέναι. Ἱππομένης δὲ εἷς τῶν Κοδριδῶν, βουλόμενος ἀπώσασθαι τὴν διαβολὴν, λαβὼν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Λειμώνῃ μοιχὸν, ἐκεῖνον μὲν ἀνεῖλεν, ὑποζεύξας μετὰ τῆς θυγατρὸς τῷ ἅρματι, τὴν δὲ ἵππῳ συνέκλεισεν, ἕως ἀπόληται. . . . Τοὺς μετὰ Κύλωνος, διὰ τὴν τυραννίδα, ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεοῦ πεφευγότας, οἱ περὶ Μεγακλέα ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς δράσαντας ὡς ἐναγεῖς ἤλαυνον. . . . Σόλων νομοθέτης Ἀθηναίων, χρεῶν ἀποκοπὴν ἐποίησε,

τὴν σεισάχθειαν λεγομένην· ὡς δὲ διώχλουν αὐτῷ τινες περὶ τῶν νόμων, ἀπεδήμησεν εἰς Αἴγυπτον. . . . Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. Ἵππαρχος ὁ υἱὸς Πεισιστράτου παιδιώδης ἦν καὶ ἐρωτικὸς καὶ φιλόμουσος· Θεσσαλὸς δὲ νεώτερος καὶ θρασύς. Τοῦτον τυραννοῦντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἵππαρχον ἀπέκτειναν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο, ὃς ἐτέθη διὰ τοὺς τυραννιῶντας. Καὶ ἄλλοι τε ὠστρακίσθησαν, καὶ Ξάνθιππος καὶ Ἀριστείδης. . . . Ἐφιάλτης τοὺς ἰδίους ἀγροὺς ὀπωρίζειν παρεῖχε τοῖς βουλομένοις, ἐξ ὧν πολλοὺς ἐδείπνιζε. . . . Κλέων παραλαβὼν διέφθειρε τὸ πολίτευμα, καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ μετ' αὐτόν, οἳ πάντας ἀνομίας ἐνέπλησαν, καὶ ἀνεῖλον οὐκ ἐλάττους χιλίων πεντακοσίων. Τούτων δὲ καταλυθέντων, Θρασύβουλος καὶ Ῥίνων προεστήκεσαν, ὃς ἦν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός. . . . Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύναντο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο, ὅπως μήτινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτάς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωσιν. Ὁμοίως δὲ καθιστᾶσι καὶ τοὺς ἕνδεκα, τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐννέα ἄρχοντες, ὧν θεσμοθέται, καὶ οἱ δοκιμασθέντες ὀμνύουσι, δικαίως ἄρξειν, καὶ δῶρα μὴ λήψεσθαι, ἢ ἀνδρίαντα χρυσοῦν ἀναθήσειν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ κατὰ τὰς θυσίας διοικεῖ, καὶ τὰ πολέμια.

II.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ.

Τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν τινὲς Λυκούργῳ
προσάπτουσι πᾶσαν. . . . Ὁ δὲ Ἀλκμὰν οἰκέτης ἦν
Ἀγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν ἠλευθερώθη, καὶ ποιητὴς
ἀπέβη. . . . Λυκοῦργος ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησε, καὶ ἐπεδήμησε!
τὴν Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τῶν ἀπογόνων Κρεωφύλου
λαβὼν πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον· καταλα- 12
βὼν δὲ πολλὴν ἀνομίαν ἐν τῇ πατρίδι καὶ τὸν Χά-
ριλλον τυραννικῶς ἄρχοντα μετέστησε, καὶ κοινὸν
ἀγαθὸν τὰς ἐκεχειρίας κατέστησε. Λέγεται δὲ καὶ
τὴν κρυπτὴν εἰσηγήσασθαι, καθ' ἣν ἔτι καὶ νῦν
ἐξιόντες ἡμέρας κρύπτονται· τὰς δὲ νύκτας μεθ'
ὅπλων (κρύπτονται, καὶ) ἀναιροῦσι τῶν Εἱλώτων,
ὅσους ἐπιτήδειον ᾖ. Καθιστᾶσι δὲ καὶ Ἐφόρους, καὶ
μέγιστον οὗτοι δυνάνται, οὐδενὶ γὰρ ἐπανίστανται
πλὴν βασιλεῖ καὶ Ἐφόρῳ. Ὅταν δὲ τελευτήσῃ βα-
σιλεὺς, τρεῖς ἡμέρας οὐδὲν πωλεῖται, καὶ ἀχύροις ἡ
ἀγορὰ καταπάσσεται. Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον
ᾠδὸν ἐτίμησαν, τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησμω-
δουμένους ἐκέλευε. Πωλεῖν δὲ γῆν Λακεδαιμονίοις
αἰσχρὸν νενόμισται· τῆς ἀρχαίας μοίρας νενε-
μῆσθαι οὐδ' ἔξεστι. Τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν
κόσμος ἀφῄρηται, οὐδὲ κομᾶν ἔξεστι, οὐδὲ χρυσο-
φορεῖν. Τρέφουσι δὲ τὰ τέκνα, ὥστε μηδέποτε πλη-
ροῦν, ἵνα ἐθίζωνται δύνασθαι πεινῆν. Ἐθίζουσι δὲ
αὐτοὺς καὶ κλέπτειν, καὶ τὸν ἁλόντα κολάζουσι πλη-

γαῖς, ἵν' ἐκ τούτου πονεῖν καὶ ἀγρυπνεῖν δύνωνται ἐν τοῖς πολέμοις. Μελετῶσι δὲ ἐκ παίδων εὐθὺς βραχυλογεῖν, εἶτα ἐμμελῶς καὶ σκώπτειν καὶ σκώπτεσθαι. Εὐτελεῖς δὲ ταφαὶ, καὶ ἶσαι πᾶσιν εἰσί. Πέττει δ' ἐν αὐτοῖς σῖτον οὐδείς, οὐδὲ γὰρ ἄλευρα κομίζουσιν, σιτοῦνται δὲ ἄλφιτα. . . . Ὅτι τοὺς Εἵλωτας κατεδουλώσαντό ποτε Λακεδαιμόνιοι, Θετταλοὶ δὲ τοὺς Πενέστας. . . . Ὅτι, ὅτε Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις ἐπολέμουν, γυναῖκες, ἀπόντων τούτων, παῖδάς τινας ἐγέννησαν, οὓς ἐν ὑποψίαις εἶχον οἱ πατέρες, ὡς οὐκ ὄντας αὐτῶν, καὶ παρθενίους ἐκάλουν· οἳ δ' ἠγανάκτουν. . . .

III.

ΚΡΗΤΩΝ.

Τὴν κρητικὴν πολιτείαν λέγεται πρῶτος κατα-
14 στῆσαι Μίνως, πρακτικός τε ἅμα καὶ νομοθέτης σπουδαῖος γενόμενος, ἐποιεῖτο δὲ δι' ἐννάτου ἔτους τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων. Ὅτι δὲ ἀρχαιοτάτη τῶν πολιτειῶν ἡ κρητικὴ ἐπιφαίνει καὶ Ὅμηρος, λέγων τὰς πόλεις αὐτῶν εὐναιεταώσας, καὶ Ἀρχίλογος, ἐν οἷς ἐπισκώπτων τινά φησιν·

νόμος δὲ κρητικὸς διδάσκεται.

Οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται, ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος. Ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων καὶ ἐφ' ἑκάστης ἄρχων γίνεται, ὃν καλοῦσι ἀγελάτην· καὶ ἀθροίζει αὐτοὺς, ὅπου θέλει,

καὶ ἐπὶ θήραν ἐξάγει καὶ τὰ πολλὰ κοιμῶνται μετ' ἀλλήλων. Ποιοῦνται δὲ καὶ μάχας κατὰ νόμον πύξ τε καὶ ξύλοις, καὶ ὅταν συμβάλωνται, αὐλοῦσι τινες αὐτοῖς καὶ κιθαρίζουσιν. Καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ καρτερίαν ἐθίζονται· γράμματα δὲ μόνον παιδεύονται, καὶ ταῦτα μετρίως. Ταῖς δὲ πρὸς τοὺς ἄῤῥενας ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις ἐδόκασι πρῶτοι κεχρῆσθαι, καὶ οὐκ αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς τοῦτο. Ὅταν δὲ κρατήσωσιν, ἀπάγουσιν εἰς ὄρος, ἢ τοὺς ἑαυτῶν χώρους, κἀκεῖ ἑστιῶνται ἡμέρας ἑξήκοντα, πλείους γὰρ οὐκ ἔξεστι, καὶ δίδωσιν ὁ Φιλήτωρ ἐσθῆτα καὶ ἄλλα δῶρα καὶ βοῦν. Διαιτῶνται δὲ Κρῆτες πάντες καθήμενοι θρόνοις. Ἄρχονται δὲ τῶν παρατιθημένων ἀπὸ τῶν ξένων· μετὰ δὲ τοὺς ξένους τῷ Ἄρχοντι διδόασι τέσσαρας μοίρας· μίαν μὲν, ἣν καὶ τοῖς ἄλλοις, δευτέραν δὲ ἀρχικήν· τρίτην δὲ τοῦ οἴκου· τετάρτην δὲ τῶν σκευῶν. Καθόλου δὲ πολλὴ φιλανθρωπία τοῖς ξένοις ἐστὶν ἐν Κρήτῃ, καὶ εἰς προεδρίαν καλοῦνται.

IV.

ΚΥΡΗΝΑΙΩΝ.

Κυρήνην ᾤκισε Βάττος, ὃς ἐκαλεῖτο πρότερον
Ἀριστοτέλης· τῆς δὲ Πυθίας Βάττον αὐτὸν εἰπού- 16
σης, ὄνομα τοῦτο ἔσχηκεν. Οὗτος ἦλθεν εἰς Δελφοὺς περὶ τῆς φωνῆς πευσόμενος, ἦν γὰρ ἰσχνόφωνος. Τοῦ δὲ θεοῦ κελεύοντος κτίζειν Λιβύην, τὸ μὲν πρῶτον ὁρμήσας ἠδυνάτησε. . . . Φερετίμη δὲ, ἡ

μήτηρ Ἀρκεσιλάου, ἐβασίλευσε χαλεπὴ καὶ περίεργος. Πολεμοῦσα γοῦν πρὸς τοὺς Βαρκαίους, λαβοῦσα δὲ τὴν Βάρκην, τοὺς μὲν ἄνδρας ἀνεσκολόπισε, τῶν δὲ γυναικῶν τοὺς μαστοὺς ἐξέτεμε, μετ' οὐ πολὺ δὲ ζῶσα κατεσάπη. Βάττος δὲ ἐβασίλευσεν ὁ καλὸς, ἕβδομος ὢν ἀπὸ τοῦ πρώτου. Ἀρκεσιλάου δὲ βασιλεύοντος λευκὸς κόραξ ἐφάνη, περὶ οὗ λόγιον ἦν χαλεπόν. Δημοκρατίας δὲ γενομένης Βάττος εἰς Ἑσπερίδας ἐλθὼν ἀπέθανε, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ λαβόντες κατεπόντισαν. Νόμος δὲ ἦν, τοὺς πολυδίκους καὶ κακοπράγμονας ὑπὸ τῶν Ἐφόρων προάγεσθαι, καὶ ζημιοῦν τούτους, καὶ ἀτίμους ποιεῖν.

V.

ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ.

Κόρινθος Ἐφύρα πρότερον ἐκαλεῖτο μέχρι Κορίνθου, ἀφ' οὗ τοὔνομα ἔσχεν. Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Βακχαῖος ὁ τρίτος, χωλὸς καὶ εὐτελὴς τὴν ὄψιν, καλῶς τε ἄρχων καὶ πολιτικῶς, ᾧ θυγατέρες μὲν τρεῖς, υἱοὶ δὲ ἑπτὰ, οἱ γένος οὕτως ηὔξησαν, ὥςτε Βακχιάδας ἀντὶ Ἡρακλειδῶν καλεῖσθαι τοὺς ἀπ' αὐτῶν. Περίανδρος δὲ πρῶτος μετέστησε τὴν ἀρχὴν δορυφόρους ἔχων, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἐν ἄστει ζῆν· ἔτι δὲ δούλων κτῆσιν καὶ τρυφὴν ὅλως περιαιρῶν. Μέτριος δὲ ἦν ἐν ἄλλοις, τῷ τε μηδένα τέλος πράσσεσθαι, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν λιμένων. Καὶ τῷ μήτε ἄδικος, μήτε ὑβρι-

στικὸς εἶναι, μισοπόνηρος δὲ τὰς προαγωγοὺς πάσας κατεπόντισε. Βουλὴν δὲ ἐπ' ἐσχάτων κατέστησεν, οἱ οὐκ ἐφίεσαν δαπανᾷν πλέον, ἢ κατὰ τὰς προσόδους.

VI.

ΗΛΕΙΩΝ.

Πανταλέων ἐβασίλευσεν ἐν τούτοις ὑβριστὴς, 18
καὶ χαλεπός. Οὗτος πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἐκτεμὼν ἠνάγκασε καταφαγεῖν τοὺς ὄρχεις.

VII.

ΤΕΝΕΔΙΩΝ.

Τένεδος ἡ νῆσος τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς Λεύκοφρυς ἐκαλεῖτο, χρόνῳ δὲ ὕστερον πρὸ τῶν Τροϊκῶν Τέννης, διενεχθεὶς πρὸς τὸν πατέρα, συνῴκισεν αὐτήν. Λέγεται δέ, καταψευσαμένης αὐτοῦ τῆς μητρυιᾶς, καταμαρτυρήσαντος αὐλητοῦ τινος βιάζεσθαι ταύτην, εἰς λάρνακα ἐμβληθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κύκνου, καὶ εἰς θάλασσαν ῥιφεὶς, διασωθῆναι πρὸς τὴν νῆσον· διὰ δὲ τὸ καταψεύσασθαι τὸν αὐλητὴν, διὸ οὐ νόμιμον εἰς τὸ ἱερὸν αὐλητὴν εἰσιέναι. . . . Ὅτι Ἀμαυρὸς χωλὸς τοὺς πόδας ἐβασίλευσε ταύτης. . . . Νόμον δέ τινά φασι τὸν βασιλέα Τέννην διαθέσθαι. εἴτις λάβοι μοιχὸν, ἀποκτείνειν τοῦτον πελέκει. Ἀλόντος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ λαβόντος ἐρομένου τὸν βασιλέα, τί χρὴ ποιεῖν, ἀποκρίνασθαι· τῷ νόμῳ χρῆσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο τοῦ

νομίσματος αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα πέλεκυς κεχάρακται, ἐπὶ θάτερα δὲ ἐξ ἑνὸς αὐχένος πρόσωπον ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Καὶ ἐκ τούτου λέγεται ἐπὶ τῶν ἀποτόμων· τὸ ἀποκεκόφθαι Τενεδίῳ πελέκει.

VIII.

ΠΑΡΙΩΝ.

Πάρον τὴν νῆσον ᾤκισε Πάρος, ἐξ' Ἀρκαδίας λαὸν ἄγων. . . . Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν Κόραξ ὄνομα ἔκτεινε, πρὸς ὅν φασιν εἰπεῖν τὴν Πυθίαν. ἔξιθι νηοῦ· τοῦτον δὲ εἰπεῖν· ἀλλὰ καθαρός εἰμι, ἄναξ, ἐν χειρῶν γὰρ νόμῳ ἔκτεινα.

IX.

ΚΕΙΩΝ.

Ἐκαλεῖτο μὲν Ὑδροῦσα ἡ νῆσος· Λέγονται δὲ οἰκῆσαι νύμφαι πρότερον αὐτήν· φοβήσαντος δ' αὐτὰς λέοντος, εἰς Κάρυστον διαβῆναι. Διὸ καὶ ἀκρωτήριον τῆς Κέω Λέων καλεῖται. Κέως δ' ἐκ Ναυπάκτου διαβὰς ᾤκισε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ταύτην ὠνόμασεν. . . . Ἀρισταῖον δέ φασι μαθεῖν παρα νυμφῶν τὴν τῶν προβάτων καὶ βοῶν ἐπιστήμην, παρὰ δὲ Βρισῶν τὴν μελιττουργίαν, φθορᾶς οὔσης φυτῶν καὶ ζώων διὰ τὸ πνεῖν ἐτησίας. . . . Ἀριστείδης ἐπεμελεῖτο γυναικῶν εὐκοσμίας. Καὶ τὸ παλαιὸν ὕδωρ ἔπινον οἱ παῖδες, καὶ αἱ κόραι μέχρι γάμου. Ἐν ταύτῃ δὲ νήσῳ τοῖς τελευτῶσι

οὐδὲν ἐστὶ πένθος ἐν ἀνδράσι περὶ ἐσθῆτα ἢ κουρὰν· μητρὶ δὲ, νέου τελευτήσαντος, ἐνιαυτός. Οὔσης δὲ ὑγιεινῆς τῆς νήσου, καὶ εὐγήρων τῶν ἀνθρώπων, μάλιστα δὲ τῶν γυναικῶν, οὐ περιμένουσι γεραιοὶ τελευτὴν, ἀλλὰ πρὶν ἀσθενῆσαι, ἢ πηρωθῆναί τι, οἱ μὲν μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι.

X.

ΣΑΜΙΩΝ.

Σάμον τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐρήμην οὖσαν λέγεται κατέχειν πλῆθος θηρίων, μεγάλην φωνὴν ἀφιέντων· ἐκαλοῦντο δὲ τὰ θηρία Νηΐδες, ἡ δὲ νῆσος Παρθενία, ὕστερον δὲ Δρυοῦσα. Ἐβασίλευσεν αὐτῶν Ἀγκαῖος, ἐφ᾽ οὗ, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, παροιμία ἐῤῥέθη. . . . Ὅτι ἐν τοῖς Σαμίοις ἐφάνη λευκὴ χελιδὼν οὐκ ἐλάττων πέρδικος. . . . Φερεκύδης ὁ Σύριος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν, ὅτε καὶ ἐλθόντι Πυθαγόρᾳ τὸν δάκτυλον διὰ τῆς ὀπῆς ἔδειξε περιεψιλουμένον. Αἴσωπος δὲ ὁ λογοποιὸς εὐδοκίμει τότε, ἦν δὲ Θρᾷξ τὸ γένος, ἠλευθερώθη δὲ ὑπὸ Ἴδμονος τοῦ κωφοῦ, ἐγένετο δὲ πρῶτον Ξάνθου δοῦλος. Τὴν δὲ πολιτείαν τῶν Σαμίων Συλοσῶν ἠρήμωσεν, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία· ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη. . . . Ὅτι Θεαγένης τῶν Σαμίων τὶς εὐφυὴς μὲν, ἄλλως δὲ ἄσωτος καὶ πονηρὸς, φεύ- 22
γων τὴν πατρίδα, διατρίβων δὲ Ἀθήνησι παρ᾽ Εὐ-

ριπίδη, καὶ τὸ γύναιον αὐτοῦ διαφθείρων, συνεργὸν αὐτὸν λαβὼν, πείθει τοὺς Ἀθηναίους δισχιλίους εἰς Σάμον ἀποστεῖλαι, οἱ δὲ ἐλθόντες πάντας ἐξέβαλον.

XI.

ΚΥΜΑΙΩΝ.

Τηλεφάνης ἐβασίλευσε ταύτης, ὃς ἐξεφύτευσε τὴν Κυμαίων χώραν. Λυδοὶ δὲ χαλεπῶς δεσποζόμενοι πρός τινος, πυθόμενοι, ἐν Κύμῃ εἶναί τινα, ἔπεμψαν εἰς βασιλείαν καλοῦντες· οὗτος δὲ ἐτύγχανεν ἐν ἁμαξοπηγοῦ δουλεύων. Δόντες οὖν οἱ Λυδοὶ λύτρα τούτῳ παρέλαβον αὐτόν. Τῶν δὲ ἐν Κύμῃ τὶς, ἐκδεδωκὼς ἅμαξαν αὐτῷ, κατεῖχεν αὐτόν· παρακαλούντων δὲ πολλῶν, μὴ κωλύειν, οὐκ εἴα, προσεπικερτομῶν καὶ λέγων, περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, ὑπὸ τοῦ Λυδῶν βασιλέως εἰργασμένην ἔχειν ἅμαξαν. . . . Ἑρμοδίκην, γυναῖκα τοῦ Φρυγῶν βασιλέως Μίδου, φασὶ κάλλει διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σοφὴν εἶναι, καὶ τεχνικὴν, καὶ πρώτην νόμισμα κόψαι Κυμαίοις. . . . Ἔθος δὲ ἦν αὐτοῖς, εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας, διὸ καὶ ὀλίγα ἀπόλλυνται· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν. Καὶ Ἡσίοδος ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν. Οὐκ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. . . . Κῦρος δὲ καταλύσας τὴν πολιτείαν, μοναρχεῖσθαι αὐτῆς ἐποίησεν. . . . Φείδων, ἀνὴρ δόκιμος, πλείοσι μετέδωκε τῆς πολιτείας, νόμον θεὶς, ἕκαστον ἐπά-

ναγκες τρέφειν ἵππον. Προμήθευς δέ τις ἀνὴρ δραστήριος καὶ ἱκανὸς εἰπεῖν, χιλίοις παρέδωκε τὴν πολιτείαν.

XII.

ΕΡΕΤΡΙΕΩΝ.

Διαγόρᾳ εἰς Σπάρτην πορευομένῳ καὶ ἐν Κορίνθῳ τελευτήσαντι Ἐρετριεῖς εἰκόνα ἔστησαν.

XIII.

ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ.

Αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι καὶ εὔδενδρος, καὶ σῖτον φέρει.

XIV.

ΛΕΠΡΕΑΤΩΝ.

Λεπρεῖς, οὓς ἂν λάβωσι μοιχοὺς, περιάγουσι τρεῖς ἡμέρας τὴν πόλιν δεδεμένους, καὶ ἀτιμοῦσι διὰ βίου, τὴν δὲ γυναῖκα ἕνδεκα ἐπ' ἀγορᾶς ἄζωστον ἐν χιτῶνι διαφανεῖ ἱστᾶσι, καὶ ἀτιμοῦσι.

XV.

ΛΥΚΙΩΝ.

Λύκιοι διῆγον λῃστεύοντες. Νόμοις οὐ χρῶνται ἀλλ' ἔθεσι, καὶ ἐκ παλαιοῦ γυναικοκρατοῦνται. Πωλοῦσι δὲ τοὺς ψευδομάρτυρας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν δημεύουσι.

XVI.

ΤΥΡΡΗΝΩΝ.

Οὗτοι τέχνας ἔχουσι πλείστας· πάντες δὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ μετὰ τῶν γυναικῶν κατάκεινται, κἂν παρῶσί τινες. Καὶ τοὺς καταλύοντας ξένους φιλοῦσιν. Ὅταν δέ τις ὀφείλων χρέος μὴ ἀποδιδῷ, παρακολουθοῦσιν οἱ παῖδες, ἔχοντες κενὸν θυλάκιον εἰς δυσωπίαν.

XVII.

ΜΟΛΟΤΤΩΝ.

Μολοττοὶ τῆς Ἀρτέμιδος συλήσαντες τὸ ἱερὸν, καὶ τοῦ ξοάνου, χρυσοῦν ἀφελόμενοι στέφανον, θυσίαν ἐτίθεσαν ἀντ' αὐτοῦ. Τῶν δὲ Κεφαλήνων ἄλλον ἐπιθέντων, τοῦτον ἀπέβαλεν ἡ θεὸς, καὶ χαμαὶ κείμενος εὑρέθη. Κεφαλῆνες δὲ ἀπὸ τοῦ Κεφάλου ἐκλήθησαν.

XVIII.

ΦΑΣΙΑΝΩΝ.

Φάσιν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ἡνίοχοι κατῴκουν φῦλον ἀνθρωποφάγον, καὶ ἐκδεῖρον τοὺς ἀνθρώπους· ἔπειτα Μιλήσιοι. Φιλόξενοι δὲ εἰσὶν, ὥςτε τοὺς ναυαγοὺς ἐφοδιάζειν καὶ τρεῖς μνᾶς διδόντας ἀποπλεῖν.

XIX.

ΑΜΟΡΓΙΩΝ.

Ἄμοργος οἶνον φέρει πολὺν, καὶ ἔλαιον καὶ ὀπώραν.

XX.

ΛΕΥΚΑΝΩΝ.

Λευκανοὶ φιλόξενοι καὶ δίκαιοι. Ἐβασίλευσε δὲ τούτων Λαμίσκος, ὅς εἶχε λύκου τὸν τρίτον δάκτυλον τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ μεγάλου.

XXI.

ΣΑΜΟΘΡΑΚΗ.

Ἡ Σαμοθράκη τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο Λευκανία, διὰ τὸ λευκὴν εἶναι· ὕστερον δὲ, Θρακῶν κατασχόντων, Θρακία. Τούτων δὲ ἐκλιπόντων, ὕστε- 26
ρον ἔτεσιν ἑπτακοσίοις Σάμιοι κατῴκησαν αὐτὴν, ἐκπεσόντες τῆς οἰκείας, καὶ Σαμοθράκην ἐκάλεσαν.

XXII.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ.

Οὗτοι δι' ὑπερβολὴν ἀτυχημάτων πολλὰ ἐκακώθησαν, ὅθεν καὶ Ἀρχίλοχός φησι·

κλαίω θαλασσῶν, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.

Ἱππότροφοι δ' εἰσὶν, ὃν τρόπον καὶ οἱ Κολοφώνιοι, πεδιάδα χώραν ἔχοντες. Φάμις ἄρχων ἦν, καὶ τούτου τοὺς υἱοὺς ὡς ἱεροσύλους συνέλαβον θύοντας, ὃ φασι καὶ περὶ Αἴσωπον γενέσθαι, καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ διεφθάρη, φιάλης χρυσῆς φωραθείσης ἐν τοῖς στρώμασιν αὐτοῦ.

XXIII.

ΑΘΑΜΑΝΩΝ.

Ἐν τῇ Ἀθαμάνων χώρᾳ γεωργοῦσι μὲν αἱ γυναῖκες, νέμουσι δὲ οἱ ἄνδρες.

XXIV.

ΚΥΘΗΡΙΩΝ.

Κυθήριοι ὄψῳ τυρῷ χρῶνται, καὶ σύκοις, φέρει γὰρ ἡ νῆσος πολλὰ, καὶ μέλι καὶ οἶνον. Φιλάργυροι δέ εἰσι καὶ φιλόπονοι.

XXV.

ΡΗΓΙΝΩΝ.

Ῥήγιον ᾤκισαν Χαλκιδεῖς οἱ ἀπ' Εὐρίπου διὰ λιμὸν ἀναστάντες, παρέλαβον δὲ καὶ ἐκ Πελοποννήσου τοὺς Μεσσηνίους τοὺς ἐν Μακίστῳ τυχόντας διὰ τὴν ὕβριν τῶν Σπαρτιάδων παρθένων. Καὶ συνῴκισαν πρῶτον περὶ τὸν Ἰοκάστου τάφον, ἑνὸς τῶν Αἰόλου παίδων, ὅν φασιν ἀποθανεῖν πληγέντα ὑπὸ δράκοντος. Καὶ χρησμὸν ἔλαβον, ὅπου ἂν ἡ θήλεια τὸ ἄῤῥεν, . . . καὶ ἰδόντες πρίνῳ περιπεφυκυίαν ἄμπελον, τοῦτον εἶναι τὸν τοπον συνῆκαν. Τὸ δὲ χωρίον, ἐν ᾧ τὴν πόλιν ᾤκισαν, Ῥήγιον ἐκαλεῖτο ἀπό τινος ἐγχωρίου ἥρωος. Πολιτείαν δὲ κατεστήσαντο ἀριστοκρατικὴν, χίλιοι γὰρ πάντα διοικοῦσιν, αἱρετοὶ ἀπὸ τιμημάτων. Νόμοις δὲ ἐχρῶν-

το τοῖς Χαρώνδου τοῦ Καταναίου. Ἐτυράννησε δὲ 28
αὐτῶν Ἀναξίλας Μεσσήνιος, καὶ, νικήσας Ὀλύμπια ἡμιόνοις, εἱστίασε τοὺς Ἕλληνας, καί τις αὐτὸν ἐπέσκωψεν εἰπών· οὗτος τί ἂν ἐποίει νικήσας ἵπποις; Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπινίκιον Σιμωνίδης·

χαίρετε ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων.

Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι *δυναστευτικοὶ παρὰ τοῖς Ῥηγίνοις.

XXVI.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ.

Κορκυραῖοι Διομήδην ἐπεκαλέσαντο, καὶ τὸν παρ' αὐτοῖς δράκοντα ἀπέκτεινεν· οἷς καὶ συνεμάχησεν στόλῳ πολλῷ εἰς Ἰαπυγίαν ἐλθὼν πολεμοῦσαν πρὸς τοὺς Βρεντησίους, καί τιμῶν ἔτυχεν.

XXVII.

ΘΡΑΚΩΝ.

Γαμεῖ ἕκαστος τρεῖς καὶ τέσσαρας· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τριάκοντα· καὶ ὡς θεραπαίναις χρῶνται. Καὶ ἐκ περιουσίας οἱ γάμοι, καὶ ἐκ περιόδου σύνεισιν αὐταῖς, καὶ λούει καὶ διακονεῖ. Καὶ πλεῖσται μετὰ τὴν χρῆσιν χαμαὶ κοιμῶνται. Κἂν δυσχεραίνῃ τις, οἱ γονεῖς ἀποδόντες ὃ ἔλαβον, ἀπεκομίσαντο τὴν θυγατέρα, τιμὴν γὰρ λαμβάνοντες συνάπτουσιν αὐτάς, καὶ ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρός, ὥσπερ τἄλλα, οὕτω καὶ τὰς γυναῖκας κληρονομοῦσι.

XXVIII.

ΜΙΝΩΩΝ.

Μινώαν τὴν ἐν Σικελίᾳ, Μακάραν ἐκάλουν πρότερον. Ἔπειτα Μίνως ἀκούων Δαίδαλον ἐνταῦθα μετὰ στόλου παραγεγονέναι, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Λύκον ποταμὸν, τῆς πόλεως ταύτης ἐκυρίευσε, καὶ νικήσας τοὺς βαρβάρους, ἀφ' ἑαυτοῦ προσωνόμασεν αὐτὴν, νόμους κρητικοὺς θεὶς αὐτῇ.

XXIX.

ΛΟΚΡΩΝ.

Ἐγένετο Λοκρὸς Ξενόκριτος τυφλὸς ἐκ γενετῆς ποιητὴς, καὶ Ἐράσιππος. Παρ' αὐτοῖς ὀδύρεσθαι οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῖς τελευτήσασιν, ἀλλ' ἐπειδὰν
30 ἐκκομίσωσιν, εὐωχοῦνται. Καπηλεῖον οὐκ ἔστι μεταβολικὸν ἐν αὐτοῖς, ἀλλ' ὁ γεωργὸς πωλεῖ τὰ ἴδια. Ἐὰν ἁλῷ τις κλέπτων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται. Ζαλεύκου υἱὸς ἑάλω, καὶ, τῶν Λοκρῶν αὐτὸν ἀφιέντων, οὐχ ὑπέμεινεν, αὐτοῦ δὲ ἕνα καὶ τοῦ υἱοῦ ἕνα ἐξεῖλεν. . . . Πολέμαρχος ἐπιορκήσας, τὸν τῶν Κορινθίων ἀπέφυγε στόλον, καὶ μυθολογοῦσι, ὅτε καθεύδοι νύκτωρ, τὰς γαλᾶς δάκνειν αὐτὸν, καὶ τέλος διαποροῦντα ἑαυτὸν ἀνελεῖν.

XXX.

ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ.

Κατῴκισαν δὲ καὶ Κλεωνὰς Χαλκιδεῖς οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ ἐξαναστάντες ἐξ Ἐλυμνίου, ὡς μὲν μυθο-

λογοῦσιν ὑπὸ μυῶν, οἱ τάτ' ἄλλα κατήσθιον αὐτῶν καὶ τὸν σίδηρον. Νόμος δὲ ἦν Χαλκιδεῦσι, μὴ ἄρξαι, μήδε πρεσβεῦσαι νεώτερον ἐτῶν πεντήκοντα.

XXXI.

ΚΕΦΑΛΗΝΙΩΝ.

Ἐν Κεφαληνίᾳ Προμνήσου υἱὸς ἐκράτησε καὶ χαλεπὸς ἦν, καὶ ἑορτὰς πλέον δυοῖν οὐκ ἐπέτρεπεν, οὐδ' ἐν πόλει διαιτᾶσθαι πλέον ἡμερῶν δέκα τοῦ μηνός· τάς τε κόρας πρὸ τοῦ γαμίσκεσθαι αὐτὸς ἐγίνωσκεν. Ἀντήνωρ δὲ λαβὼν ξιφίδιον καὶ γυναικείαν ἐσθῆτα ἐνδυσάμενος, εἰς τὴν κοίτην ἀπέκτεινε, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐτίμησε, καὶ ἡγεμόνα κατέστησε, καὶ ἡ κόρη, ὑπὲρ ἧς αὐτὸς εἰσήει, ἐπὶ κλέος ἐγένετο. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐκ Τυῤῥηνίας Ὅμηρος παραβαλεῖν εἰς Κεφαληνίαν καὶ Ἰθάκην, ὅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγεται διαφθαρῆναι νοσήσας.

XXXII.

ΡΟΔΟΣ.

Ῥόδον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν. Ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφιοῦσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων.

XXXIII.

ΕΦΕΣΟΣ.

Ἔφεσον κληθῆναι φασὶν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμα-

32 ζόνων· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τὸν Ἡρακλέα ταῖς Ἀμαζόσιν ἐφεῖναι τὰ ἀπὸ Μυκάλης ἕως Πετάνης.

XXXIV.

ΦΩΚΕΑ.

Φώκεαν οἱ μὲν ἀπὸ Φώκου ἡγεμόνος ὠνόμασαν, οἱ δὲ, ὅτι φώκην εἰς τὸ ξηρὸν εἶδον ἐκβαίνουσαν.

XXXV.

ΚΡΟΤΩΝ.

Κρότωνα ἐξ ἀρχῆς Κρότων ᾤκισεν.

XXXVI.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ.

Ἀκραγαντίνων Φάλαρις ἐτυράννησε, παρανομίᾳ πάντας ὑπερβάλλων, οὐ γὰρ μόνον ἐφόνευε πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαις παρανόμοις ἐχρήσατο. Καὶ τοὺς μὲν εἰς λέβητας ζέοντας, τοὺς δὲ εἰς τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἀπέστελλε, τοὺς δὲ καὶ εἰς χαλκοῦν ταῦρον ἐμβαλὼν κατέκαιεν, ὅνπερ ὁ δῆμος ἐτιμωρήσατο, ἐνέπρησε δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς φίλους. Μεθ' ὃν Ἀλκμάνης παρέλαβε τὰ πράγματα, καὶ μετὰ τοῦτον Ἄλκανδρος προέστη ἀνὴρ ἐπιεικὴς, καὶ εὐσθένησαν οὕτως, ὡς περιπόρφυρα ἔχειν ἱμάτια.

XXXVII.

ΙΘΑΚΗΣΙΩΝ.

Κεφάλῳ μαντευσαμένῳ περὶ παίδων ὁ θεὸς εἶπεν· ᾧ ἂν ἐντύχῃ θήλει πρῶτον, συγγενέσθαι, τὸν δὲ περιτυχεῖν ἄρκτῳ, καὶ πλησιάσαντα γεννῆσαι γυναῖκα, ἐξ ἧς Ἀρκείσιον φερωνύμως ὠνομασθῆναι λέγεται.

Πορθμεύς Παρίας ὄνομα, λῃστὰς διεπόρθμευσε, πρεσβύτην αἰχμάλωτον καὶ πίτταν, καὶ ὠνεῖται ταῦτα παρὰ τῶν λῃστῶν, δεηθέντος τοῦ πρεσβύτου . . . ἦν δὲ ἐν τῇ πίττῃ κεκρυμμένον χρυσίον · . . . πλουτήσας οὖν θῦσαι τῷ πρεσβύτῃ βοῦν, διὸ καὶ εἰς παροιμίαν ἦλθεν· οὐδεὶς πώποτε εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσε, ἀλλ' ἢ Παρίας.

XXXVIII.

ΑΦΥΤΑΙΩΝ.

Δικαίως καὶ σωφρόνως βιοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων οὐ θιγγάνουσιν ἀνεῳγμένων τῶν θυρῶν. Φασὶ δέ ποτε ξένον πριάμενον οἶνον μὴ ἀναλαβεῖν ἐπείξαντος αὐτὸν τοῦ πλοῦ, καταλιπεῖν δὲ αὐτὸν ἐν τῇ ἀποστάσει οὐδενὶ παραδόντα, ὕστερον δὲ κατὰ ἄλλην ἐμπορίαν ἐλθόντα εὑρεῖν τοῦτον ἄθικτον.

XXXIX.

ΙΑΣΕΩΝ.

Τούτοις οὐκ ἐξῆν ἐν γάμοις πλείους ἑστιᾷν δέκα, καὶ γυναικῶν ἴσων, οὐδὲ γάμον ποιεῖν πλέον ἡμερῶν

δύο. Ἐπεσκόπουν δὲ καὶ τοὺς ὀρφανοὺς, ὅπως παιδεύονται, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀπεδίδοσαν εἴκοσι ἐτῶν γενομένοις.

XXXX.

ΙΚΑΡΟΣ.

Ἴκαρος ἡ νῆσος Ἰχθυοῦσα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ κάλλος τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων ἰχθύων πρὸς ἣν Ἴκαρος παρέβαλεν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔσχεν. Ὁ δὲ μῦθος πτεροῖς αὐτὸν ἀπὸ Κρήτης φησὶν ἐλθεῖν· οἱ δὲ ἀποδράντα κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπὶ τριήρων, διὰ τὸ δεῖξαι τὴν εἰς Λαβύρινθον εἴσοδον τῷ Θησεῖ.

XXXXI.

ΑΡΓΙΛΟΣ.

Ἄργιλον τὸν μῦν καλοῦσι Θρᾷκες, οὗ ὀφθέντος πόλιν κατὰ χρησμὸν ἔκτισαν, καὶ Ἄργιλον ὠνόμασαν.

XXXXII.

ΘΕΣΠΙΕΩΝ.

Παρὰ Θεσπιεῦσι αἰσχρὸν ἦν τέχνην μαθεῖν, καὶ περὶ γεωργίαν διατρίβειν, καὶ διὰ τοῦτο πένητες οἱ πλείους ἦσαν, καὶ Θηβαίοις οὖσι φειδωλοῖς πολλὰ ὤφειλον.

ΤΕΛΟΣ.

COMMENTARIUS
J. D. KOELERI
IN
FRAGMENTA HERACLIDIS PONTICI
DE CIVITATIBUS

I. p. 3.

Υἱοῖς — οὗτοι. Poſſit hoc referri ad illud, ita ut quatuor filii Pandionis, qui, teſtibus Strabone IX, p. 601. Pauſania I, 39 et Apollodoro III, 15, 6 de regno, quod poſt mortem patris dispertiverant inter ſe, disceptaverint. Sed cum hoc idoneis teſtibus careat et proximum τούτους ad Athenienſes non poſſit non pertinere, illud οὗτοι quoque cum Cragio eodem trahere praeſtat.

ἐκήρυξε. Eſt forte, cui melius videatur ἐκηρύκευσε aut ἐκηρύξατο, cum hoc ſignificet fungi munere caduceatoris, illud tantum ſimpliciter ſubire partes praeconis. At habet auctor, quo ſe defendat Plutarchum in Theſeo 25, ubi κήρυγμα Theſei commemoratur, cuius verba fuerint: δεῦρ' ἴτε πάντες λεῴ, quae hic excidiſſe poſſint videri. — Mox Cod. Leid. pro τιμῇ habet μοίρα, quod gloſſam ſapit.

κατὰ πετρῶν. Ne quis legere malit πέτρας vetat idem Plutarchus 35. verbis ὦσε κατὰ τῶν πετρῶν, unde articulus noſtro forte eſt reſtituendus. Indidem patet, non conſtitiſſe cauſam huius necis, ab aliis alibi quaeſitam. Maxime tamen probabilis eſt allata a noſtro, nam Theſeus agros in inſula Scyro poſſidebat, quos iverat repetitum, quorumque poſſeſſionem ne in totam inſulam extenderet, Lycomedes metuebat. V. Pauſanias I, 17. Tzetzes ad Lycoph. 1324.

περὶ τὰ Μηδικά. Ex Plutarchi Thes. 36. coniiciat aliquis μετά. Videlicet tunc iam debellatum erat in Graecia cum Persis. Relinqui tamen potest suum auctori, cum bellum utique non finitum sed in regnum Persarum translatum esset. — Mox ms. l. habet τὰ ὀστέα; sed praetuli vulgatum, quod etiam in Plutarcho est. Cimon illa ossa, oraculo iubente quaesita, Athenas transtulisse vulgo dicitur.

μαλακρύς. Lex linguae, prout vulgo pinguiter mente concipitur, nominativum cum infinitivo pro accusativo cum eodem iungi iubens, cum idem utriusque commatis est subiectum, reiecto hoc, videtur commendare nominativum μαλακοὶ, ut in his apud Platonem Gorg. p. 87. T. IV, οὐχ οἷοί τε εἰσὶ βασανίζειν διὰ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι ὥςπερ σύ, apud Xenophontem in Cyneget. V, 9 οἱ δὲ δρομαῖοι οὐχ οὕτω κατακλίνοντ— διὰ τὸ ὑπὸ τῶν κυνῶν ἔμπληκτοι γίγνεσθαι, apud Thucydidem IV, 18. πταίουσι διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ πιστεύοντες ἀναίρεσθαι. Verum salva illa oratio ita potest expleri: διὰ τὸ δοκεῖν αὐτοὺς etc. Sic infra fr. 21 est διὰ τὸ λευκὴν εἶναι. Neutiquam tamen horum usus promiscuus est aut arbitrarius, videor enim mihi observasse subiecta activa subsequi nominativum, accusativum, passiva, id quod, collatis illis aliorumque locis cum locis Heraclidis confirmabitur, quae ideo sunt sana neque tentanda.

ἀποζεύξας μ. τ. θυγατρός. Hic locus, iam a Cragio et a Simsone in Chron. ad a. m. 3278. pro corrupto habitus corruptelae speciem non palam et statim prae se fert. At penitius excusso, altius vitium inhaerere cognoscitur; etenim haud apparet, quid sibi velint verba μετὰ τῆς θυγατρός. Possis quidem integritati eorum afferendae operam interpretatione na-

vare, ſive filiam, a Scholiaſta Aeſchinis in Timarchum E. R. p. 746. Limonidem appellatam, una cum ſuo corruptore curru raptatam fuiſſe dicas, ſive adhibitam a patre ad illum currui iungendum. Sed neutro multum proficitur, illo enim modo eadem, qua iuvenis, forte periiſſet; hoc, paullo quidem meliore, neque ipſo tamen apto ſatis, vix intelligitur, quid patri propoſitum fuerit hoc ſupplicio, niſi forte commentum illud eſſe patrem dicas, quo majore infamia filia flagaret. Quicquid ſit, locus certe eſt, iure vitii ſuspectus. Saluti non ſunt loca parallela Aeſchinis in Timarchum p. 175 cum ſchol. Diodori Sic in Exc. p. 550 E. W. Nicolai Damasceni in Exc. Valeſ. p. 446. Dionis Chryſoſtomi in orat. p. 385 6. XXXII; coll. Suida in Hippomenes et in παρ᾽ ἵππον, et Photio in lex. mſpt, apud Taylorem ad Aeſchinem. Praeter unicum Ovidium qui, adulterum in Actaea humo tractum eſſe ait Ib. 335. nemo poenae genus, ſtupratori illatae commemorat. Neque iuvant duo mspti. Solus Leid. habet μετὰ Κύκλωπος pro μ. θυγατρὸς, cui monſtro quid faciam quemve ſenſum indam non habeo. In promptu mihi nunc eſt non melius conſilium, quam ut voces μετὰ τῆς θυγατρὸς pro gloſſemate verborum ſuperiorum ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, alieno loco in contextum invectorum habeamus.

τὴν — δὲ ἕως ἀπόληται. Haec tam incurioſe dicta ſunt, ut verba manca eſſe ſuspicer, nam ex his non apparet, cur equus una cum puella incluſus fuerit, quidve fecerit ad eam perimendam. Id vero notum eſt ex auctoribus illis, qui narrant, omnino nihil pabuli praebitum fuiſſe equo, ut fame adactus poſtremo illam laceratam devoraret. Proinde, duce in primis Aeſchinis ſcholiaſta, eo devenio, ut credam

lacunam hanc, opinione forte maiorem, sic esse explendam: ἵππῳ συνέκλεισεν. ὁ δὲ λιμώττων κατέφαγε αὐτὴν καὶ αὐτὸς ὕστερον ὑπὸ τοῦ λίμου ἀπώλετο, in quod postremum vocabulum facile transformari posset vulgatum ἀπόληται. Saltem verba ὑπ' αὐτοῦ βρωθεῖσα aut similia post illud exciderint.

τῆς θεοῦ. Sic ex utroque codice, ut exquisitius, scribendum duxi pro vulgari τῆς θεᾶς.

p. 4.

παιδιώδης. Male redditur a Cragio puerilis, significat enim hominem delicatum, luxui et voluptatibus deditum, qualem nostrates appellant einen Bruderlustig. Verbum nonnisi raro occurrit. v. c. apud Aristotelem Eth. VII, 7

Θεσσαλός. Hic a nonnullis Hippiae et Hipparcho ut tertius frater adiungitur et medius inter illos aetate non minimus natu, ut ait Wesshlingius ad Diodorum T. II, p. 557. contra Heraclidis verba, qui eum tantum iuniorem Hipparcho fuisse vult. Saltem hoc valde verisimile fit ex eius verbis. De reliquis duobus nota est lis, inter scriptores antiquissimos maximaeque auctoritatis eosdem, quorum quasi coryphaei fuere Thucydides l. c. et Plato in Hipparcho T. VI, p. 261, agitata, uter utro maior fuerit, forsan inde deducenda, quod Pisistratus discrimen aetatis utriusquae consulto celatum iverit et conturbaverit, ut penes utrosque sine mutua invidia principatus esset quem alternis eos tenere annis vellet. Quamquam adhuc incertum est, regnaverintne simul, an alter post alterum, quo quidem inclinant plurimi scriptores; nam etiam Thessalus, regno per aliquod tempus secundum clara Heraclidis ver-

ba regno potitus eſt, quod cur neget Beckius in hiſtoria univ. T. I, p. 247, non apparet. V. ad Thucydidem 17. 54. Apud noſtrum ferox et tyrannicus apparet ſecus atque apud Diodorum, qui eum ſapientem ac reipublicae valde deditum fuiſſe perhibet. V. Exc. Peir. p. 250. Sed alio tempore aliter poterat animo affectus eſſe. Vel ſic tamen, quamquam auctori noſtro de regni annis Piſiſtrati bene convenit cum Ariſtotele Polit. V, 12. Iuſtinoque II. 8, non praeſtari omnia eſſe ſana poteſt ob tenebras potiſſimum, quibus involuta eſt Piſiſtratidarum hiſtoria. Deſideratur iuſtus ſententiarum nexus, quae non accurate et dilucide enuntiatae ſunt, nec commemoratur aetas Hippiae, aut quid Theſſalo factum ſit. Auxilium in codicibus meis nullum. Leid. habet τοῦτον τὸν τυράννοῦντα; fruſtra, nam articulus hic non convenit; Sl. Ἵππαρχος ἀπέκτεινε, quod tum ab hiſtoria tum a norma grammatica alienum, tunc enim pendebit τὸ ϑυνηϑέντες.

Ἱππίας δὲ. Simſon in Chronico ad A. M. 2496 pro καὶ ante τὸν corrigit Κλεισθένης, quoniam Aelianus V. H. XIII, 24. idem de Cliſthene tradat. Refragatur Weſſeling. At neſcio, cur non facile hoc nomen excidere potuerit, aut mutatum eſſe in καί. Pro vulgari tamen lectione ét contra illam correctionem moneri poteſt, non abhorrere ab ingenio tyranni, legem ferre, quae ipſius revera tyrannidem muniat, eumque, ſimulato in rempublicam ſtudio, apud populum reddat gratioſiorem. — Ceterum C. Leid. habet πικρότατα pro πικρότερον. non male fortaſſe. Qui mox nominatur Xanthippus fuit Ariphronis filius, pater Periclis, qui celebrem illam victoriam navalem apud Mycalen de Perſis reportavit.

οἱ μετ' αὐτὸν, οἳ πάντας. Celeberrimus Heynius, in literis ad me datis, ſuſpicatur poſt αὐτὸν nonnulla excidiſſe, et pro πάντας legendum πάντα. Poſſit ſane omiſſum eſſe πολιτευόμενοι aut τοῦ δήμου προεστηκότες aut ſimile quid. Linguae tamen graecae eſt talia omittere. Quin poteſt hic ſimpliciter ſuppleri ὄντας et locus transmitti ut ſanus. At proximum πάντας, quo dictum modo eſſe emendandum, lubens credo et ut acute viſum amplector, etſi dici poſſet, ſenſum poſſe eſſe eum quem verſio exprimit.

Ρίνων. Cum hiſtoria hunc hominem omnino ignoret, ſuſpicio exoritur, nomen eſſe depravatum, inprimis cum laude exornetur, nonniſi in viros eximios cadente. Cui incommodo, ut mederetnr, loco ipſo ſalvo relicto, Cragius illam, praeterito hoc Rhinone violenter ad Thraſybulum trahit, quo durius vix quicquam eſſe poteſt. Coniiciebam olim Rhinthon aut Phrynon, quae nomina ſaltem ſaepius occurrunt. Verum cum hiſtoria nullum virum, in hoc genere inſignem, memoriae mandaverit, qui inter Athenienſes hoc nomen geſſerit, eo delatus ſum, ut opinarer, Κόνων eſſe legendum, in quem bene competat iſta laus. Videatur Demoſthenes in Leptinem p. 477 et ibi Wolfius, vir Clariſſimus. Enimvero reſtat ea difficultas, quod, quisquis ſit ille Rhinon, praerogativa, ut ita dicam, laude prae Thraſybulo inſignitur. Unde de Phocione cogitanti mihi in mentem venit legere Φωκίων, qui κατ' ἐξοχὴν καλὸς κἀγαθός, aut iuſtus appellabatur. Vide Plutarchum in Vita c. 10 ubi χρηστὸς appellatur et c. 18 ubi Alexander fertur eum κρίνειν μόνον ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν. cf. ad Nepotem. c. 1. Poſtea, eandem conjecturam ſibi in mentem veniſſe Heynius meus

magno meo gaudio in ſuis ad me literis prodidit. Vel ſic tamen non diſſimulandum eſt, non abſonum videri, ſi ſtatuamus fieri poſſe, ut verbum ſanum ſit et intelligendus ſocius quispiam Thraſybuli, qui, alias obſcurior ceteris excelleret, quemque peculiari laude adiecta, qua facile carebat clariſſimus Thraſybulus, conſpicuum hic proponere et tenebris eximere vellet. Quamvis enim τὸ Φωκίων facile corrumpi potuerit in Ῥίνων; mirum tamen eſt, nomen tam notum potuiſſe abire in tam obſcurum. Huc accedit, quod Thraſybulus et Rhinon hic copulari videntur tanquam coaevi et aequales cum inter illum et Phocionem aetatis fere ſpatium intercidat.

Ἡ ἐξ ἀρείου πάγου βουλή, dictum eſt pro ἡ βουλὴ τοῦ ἀρείου π., ne quis corruptum putet. Modus dicendi de Areopago quidem non rarior fere, quam vulgaris ἡ ἐν τῷ ἀρείῳ πάγῳ βουλή. Ille v. c. occurrit apud Demoſthenem contra Ariſtogit p. 775 contra Boeot. p. 1618, apud Iſocratem Areopagit. T. II. p. 10, 18. Ed. Aug. apud Lyſiam adv. Eratoſth. p. 32, ubi Taylor plura exempla affert, apud Aeſchinem contra Cteſiph. p. 643 et alios.

δρυφάκτους pro δρυφράκτους, τῷ ρ, ne durior pronunciatu vox eſſet, eliminato, derivanda eſt enim a δρῦς et φράσσειν, ſepire. Δρύφακτος erat ſeptum aut cancellatum veſtibulum ante aedes inſtar προνάου templorum. Videantur Xenophon Hellen. II. 3, 9 Hero Automat. p. 244. Apollodor. poliorc. p. 31 apud quem p. 46 alia forma eſt δρύφακτον. Pierſon ad Moerin p. 127, Barthelemy Voy. du j. Anach. II, 94. Pauw Rech. philoſ. ſur les Grecs f. p. 44. Verſ. German. et Stieglitz de archit. vet. I, 246. Ultra horum veſtibulorum cancellos ſuperio-

rem domus partem Athenienſes protendentes vias anguſtabant et obſcurabant. In hoc verborum ſenſu, quem ante me invenerunt, libenter acquiesco; neque tamen celavero lectorem, auctorem iis potuiſſe quoque dicere: ne cancellos in viam usque porrigant.; nam licet me non fugit, ὑπερτείνειν τι ſignificare vulgo, alicuius ſpatii menſuram aut rei modum excedere; poteſt tamen eſſe quoque aliquid extendere in aliquid aut ſuper aliquid.

τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. C. Sl. των δεσμωτηρίων. Sed retinui antiquam lectionem, undecimviri enim non tam carceribus praeerant, quam reis capitis, in vincula datis. Cf. Aeſchines in Timarchum p. 42. Ariſtoteles Polit. VI, 8.

ὧν θεσμοθέται. Probabile videtur, proximum καὶ in ἓξ aut in eius notam στ eſſe mutandum, nam numerus hic iure deſideratur. Tum ſequens οἱ relativam ſuam vim, iniuria amiſſam, recipiet. Codices nihil iuvant, et omittunt verba ὧν θεσμ. Cui displiccuerit numerale ſubſtantivo poſtponi, quamvis linguae legi adverſum haud ſit, per me interſerat verbis ὧν θεσμοθέται et aut expungat το καὶ aut relinquat. Quod hi thesmothetae vetabantur aureas ſtatuas ponere, eo fiebat, ut luxus, ſtudium principatus, et inaequalitas iurium publicorum coercerentur. Ceterum coniectura mea, poſt inſequentia τα πολέμια. excidiſſe ὁ πολέμαρχος aſſenſum tulit Clariſſimi Heynii. Sed neque ſic locum eſſe ſanum et τα πολέμια corrigendum legendumque τα πολεμικὰ putantibus, quia ſignificet hoſtilis, πολεμικὸς ad bellum pertinens occurrunt Weſſeling ad Diodor I. 54, et Hemſterhuſius ad Lucianum T. I. p. 380,

quamquam exempla, ab his allata, malae codicum fidei esse dici potest. Certe Aristoteles Polit. VI, 8. ὅσα τάττονται, ait, πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας fuisse polemarchi. Atque has curare non regis erat, sed polemarchi. Praeterea potuit etiam interiisse nonnihil dictum de archonte ἐπωνύμῳ.

II. p. 5.

Ὁ δὲ — ἀπέβη. Nemo fuerit, qui non videat, haec esse in alienum locum praepostere illata, nam unius rei textum violenter rumpunt, et ordinem chronologicum observare solet Heraclides in enarrandis rerum publicarum memorabilibus. Atqui duobus fere seculis Alcman posterior est Lycurgo. Hinc relegaverim ea ad inferiora pone τὸ ἐκέλευσε eo, ubi Terpander, is enim est Lesbius vates, Alcmanis quidem aequalis commemoratur; κατ' ἐξοχὴν sic nominatus v. Plutarchum de ser. num. vind. 13 et ibi notas. Possunt etiam ex margine in textum intravisse. Vel sic tamen manca sint, nam nonnihil debebat praefari auctor, cur mentionem huius poetae iniiceret. Quare exciderit quoque, τὸν Ἀλκμᾶνα, ita ut plena oratio fuerit: ἐκέλευε καὶ τὸν Ἀλκμᾶνα sc. ἐτίμησαν etc. Mox manus haud χαριέσσα c. L. ἐγένετο scripsit pro ἐτελεύτησε in quo notandum, alios dissentire cum nostro, Plutarchum, l. c. 29. Delphis, Iustinum III, 3 in Creta vitam finivisse Lycurgum tradentes. Cuius proxima mentio fit, Creophylus ab aliis doctor Homeri, amicus ab aliis traditur fuisse. V. Fabricii Bibl. Gr. l. 4, 2. 3. Huc potissimum facit Plutarchus in Lycurgo 4 p. 96. Ed. Hut. qui narrat, a posteris asservata Homeri carmina in Ionia a Lycurgo fuisse descripta; id quod

forte occasionem dedit illius traditionis, dum Homerus cum suis operibus aut carminibus confunderetur, quae adamata sibi Creophylus alios doceret.

μετέστησε. Cragius vertit rediit praeter omnem linguae usum, qui ne medium quidem hoc sensu toleraret, aut aoristum secundum activi, qui significat abire, secedere, sich entfernen; non vero aoristus primus μεταστῆσαι, semper transitivam habens vim, qua equidem nihil aliud significare reor, quam abrogare alicui honorem, aliquem privare magistratu, einen absetzen. Hoc neque abhorret ab historia neque ab usu loquendi. Illa teste Charilaus, indignus procul dubio principatu habitus, in alteram Lycurgi tutelam venit. Vide Clementem Alexandrinum strom. I. p. 336. et Plutarchum in Lycurgo 5. Quod ad vim verbi attinet; solet activum eius crebro usurpari de rerumpublicarum conversionibus aut legum immutationibus, ut infra fr. 5 de Corinthiis. Cum tamen de hominibus, qui honoribus suis destituuntur vix occurat, de quibus ἀποστῆσαι diceretur: proclivis est animus ad credendum, omissum esse τὴν πολιτείαν et Plutarcho quidem duce l. c.: ἐπανελθὼν οὖν εὐθὺς ἐπεχείρει τὰ παρόντα κινεῖν καὶ μεθιστάναι τὴν πολιτείαν. Pro re nata tamen optimum duxi τὰ τὸν Χάριλλόν suspendere a τῷ μετέστησε.

κρυπτήν. Corrigendum hoc ut corruptum et legendum videtur κρυπτίαν, quomodo a Plutarcho celebris illa lex scripta extat in Lycurgo 28, ubi huius legis auctorem Lycurgum fuisse dubitat, invito Aristotele, qui cum nostro consentit, cuiusque auctoritas haud exigua fidei Heraclidis accessio est. Hoc non satis videtur consideratum esse a Be-

ckio in Hist. Univ. I, 240. Cf. Barthelemy Voy. du ieune Anach. V. 364, qui recte tempora distinguit atque hanc Helotum caedem nonnisi abusum genuinae Legis Lycurgeae fuisse docet, qua insidiis incruentis hosti locandis iuvenes assuefacere voluerit Lycurgus. Paullo ante, nescio, an non melius fuerit τῆς ἐκεχειρίας pro τὰς ἐ. ut sit genitivus pendens ab accusativo ἀγαθὸν, desidero enim exempla huius vocis, de qua videantur notae ad Thucydidem IV, 58., in plurali de unis induciis usurpatae, etsi me haud fugit, posse haberi haec verba pro appositive positis.

μεθ' ὅπλων (κρύπτονται.) Ultimum horum vocabulorum, vel me indicente unicuique erit suspectum. Cragius volebat ἔρχονται. Atque habet hoc, quo se defendat, infra in fr. 10 οἱ δὲ ἐλθόντες πάντας ἐξέβαλον, quamquam alioqui graecitatis videtur non optimae, unde nec Heynio meo satisfecit, qui illud omnino tollit. Neque iniuria; omissum etiam est in Sluisk. His momentis et auctoribus commotus putavi me debere illud uncis includere, nec mihi quicquam nunc est in promptu, quo ei suum locum afferam. Possit quidem exornari et elegantius reddi praefixa praepositione πρὸ aut ἐκ, aut praeposito adverbio κρύφα. Sed omnibus his parum proficitur. Optimum tamen fortasse foret illud mutare in κρυπτόμενοι deleto καὶ, quod sequitur ut sensus sit: illi; qui se occultaverunt, obtruncant etc.

ἐπανίστανται. Specie quadam nonnullis se commendaverit lectio C. Sl. ὑπανίστανται, quippe quod proprie et saepius significet honoris caussa alicui assurgere, quam τὸ ἐπανίστασθαι, quod plerumque notet infestum insurgere in aliquem.

Ne tamen hoc commutemus illo, vetant auctoritas Euſtathii, ad Il. β. 85 τὸ ἐνίστασθαι eodem ſignificatu obvium eſſe docentis et adiuncta τῷ ὑπανίστασθαι notio decedendi de via aut de ſede, quae huc propterea non convenit, quod Ephororum aequali dignitate ornatorum non erat, cur alius alii cederet. In eo, quod mox de Terpandro commemoratur, cogitandum eſt de legibus non ſcriptis ſed carmine conditis et ſola auditione ediſcendis. Ibi C. Sl. habet χρησμωδουμένοις, quod minus eſt exquiſitum.

αἰσχρὸν νενόμισται. Hoc mihi ſumſi, ut ſic ſcriberem et interpungerem pro Cragiano αἰσχρόν. νενομίσθαι τῆς. Aperte enim mendoſa vetus eſt lectio, nec poteſt qualiscunque haec correctio eſſe deterior. Ab ipſo Cragio locus haud intellectus eſſe videtur vertit enim: turpe Lacedaemoniis terram ſuam vendere. Quin et lege ſancitum erat de veteri ſorte, quod nec eam fas ſit. (dividi) Hinc manifeſtum eſt, illum alia male coniunxiſſe, alia male divelliſſe, atque verbis ſenſum aeque precarium atque coactum et incongruum impegiſſe. Τὸ νενομίσται tamen vertit Cragius, tamquam eſſet νενομίσθαι, unde opinor nonniſi vitium eſſe typographicum. Articulum τῆς libenter etiam reformaſſem in τὰς, ſi libri annuiſſent. Nonnulla tamen vi adhibita, atque ſuppleto τι ante genitivum poſſunt verba adeo torqueri, ut eundem ſenſum fundant, nam genitivus partitiva vi inſtructus, ut apud Gallos, vices nominativi et accuſativi ſaepe agere ſolet. Vide eruditiſſimum Niclas ad Geoponica VI, 12, 2. Quod ſi cuipiam durius videatur, per me το οὐδ' mutet in οὐδὲν. Tunc haberet geni-

tivus, unde pendeat. Neque indignarer, ſi quis tentaret τὸ νενεμῆσθαι, quod tum per ſe, tum ut praeteritum nescio quid importuni habet, et facile poteſt eſſe depravata repetitio τοῦ νενομίσται. Et vere non reperitur in Sluisk. hoc loco, ſed alio infra in fine fragmenti de republica Cretenſium poſt voces καὶ βοῦν, loco prorſus importuno. Si tum obiiceretur, τὰ οὐδ' ἔξεστι ita disiungi a praecedentibus, ut nihil iam ſignificent, dici poteſt nonnulla evanuiſſe, quibuscum cohaererent.

p. 6.

Ὅτι — Πενέστας. Haec emblematica ſunt atque alieno loco textui intruſa, neque omnino cohaerent cum ſuperioribus, alioque Heraclidis loco aut ex alio ſcriptore excerpta illis caſu annexaeſſe videntur. Quare in utroque codice haud apparent ut omnia reliqua huius fragmenti. De Peneſtis, ſervitio Theſſalorum publico, conſuli poteſt Morus in indice Xenophontis Hellenicorum. Quae ſequuntur ὅτι, ὅτε item plane referunt ſtilum excerptorium. Ne quis tamen opinetur, non occurrere duas has coniunctiones ſic copulatas praeterquam in illo, et hanc copulationem duriorem eſſe, ecce exempla Agatharchidis de rubro mari p. 53. ἰδεῖν φησι, ὅτι, ὅτε τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ προκειμένης etc., Euclidis IV, 5. Elem. φανερόν, ὅτι, ὅτε ἐντὸς τοῦ τριγώνου πίπτει τὸ κέντρον etc.

οἱ δ' ἠγανάκτουν. Hic videtur deeſſe aliquid, quo profectio Partheniorum in Italiam commemorabatur, ubi Tarentum condebant. Cauſa nominis, quam Heraclides affert, abhorret a vulgari traditione Strabonis 19, p. 426. Polyaeni II, 4.

Iuſtini III, 4 et aliorum, qui illam quaerunt in connubiis illegitimis iuvenum Spartanorum et virginum Spartanarum, belli iſtius Meſſiniaci diuturni tempore; rectius, opinor, nam hoc modo origo nominis explicatur, quae Heraclidea ratione non invenitur.

III. p. 6.

Ὅμηρος. Locus eſt Il. β. 648, ubi poeta quidem non ſimpliciter ait, rempublicam Cretenſium antiquiſſimam eſſe, ſed hoc ſignificat, dum ipſe antiquiſſimus inſulam Cretam centum urbibus iisque florentibus habitari praedicat. Poteſt tamen Heraclides bene credidiſſe ſummam reipublicae cretenſis vetuſtatem. Plato ei iam praeiverat in Minoe T. VI, p. 135, loco luculento. Σ. Οὐκ οἶσθα, τίνες παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων. Μ. Φασί γ' ἐκ Κρήτης. Σ. Οὐκοῦν οὗτοι παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων. Μ. ναί. Sagaces hic animadvertent, nonnihil intereſſe inter dicta utriusque. Plato profecto rem cautius extulit. Res quidem publicae antiquiores habentur inter Graecos, de quibus ſolis hic ſermo eſt, Sycionis, Argorum, Arcadiae, Athenienſium. Verum hae non tam legitimae, quam arbitrariae erant. Atque facile fieri potuit, ut reges horum commemorati priores Minoe eſſent. Sed ante Minoem in Creta plures regnavere, quorum nomina Euſebius in chronico ſervavit, ſecundum quem Cres ipſo Inacho antiquior fuerit. Neque igitur Minos tam novas leges condidiſſe quam veteres recognoviſſe et in ordinem redegiſſe videri debet. Id quod innuunt quoque Ariſtotelis verba, Polit. II, 8, Minoem κατασκευάσαι τὴν τάξιν τῶν νόμων dicentis. Quodſi vero auctor eas tantum civitates in mente

habuerit, quae legitimis legibus conſtitutae eſſent, harum antiquiſſimam inter Graecos Cretenſium fuiſſe, ei concedi debebit. cf. Meurſius in Creta. T. III, p. 469. Archilocheum, quod hic affertur, ex iambis fuit. Quem ſenſum habeant haec verba, non poteſt definiri. Hinc temerariam eſſe Cragii correctionem proditur, qui legi vult νόμους κρητικούς, qua locus nihilo plus lucis lucratur. Archilochus forte in mente habuit quendam ſenem, qui disciplinae ſibi adhibitae impatientem ſe praeberet, quoniam ſapientiſſimus ſibi videbatur. Facile igitur fieri potuit, ut cum lege Cretenſi vetuſta eadem ac ſapiente, in quam correctio non caderet, eum Heraclides compararet.

καὶ ἀθροίζει ſc. ὁ ἀγελάτης, unde malo ὃς καὶ ἀ. Mox recepi συμβάλλωνται reiecta priſtina lectione συμβάλωνται, nam praeſens hic requiritur non aoriſtus. Quae ſequuntur τινὲς αὐτοῖς non ſunt in Sl., et ſane bene poſſunt abeſſe, ſunt enim inutilia et putidiuscula. Pone proximum κρατήσωσιν poteſt omiſſum eſſe αὐτῶν.

III. p. 7.

καθήμενοι θρόνοις. Infererem ἐν aut ἐπὶ, niſi verbum illud ſine alterutra harum praepoſitionum cum ablativo conſtrui poſſet, ut latinum ſedere, rarius tamen ac plerumque apud poetas v. c. Euripidem El. 315. Magis adhuc ſuſpecta habeo mox ſequentia ἄρχονται. — ξένων, quae pleniora ſic mallem. α. διδόναι τῶν παρατ. ſc. τὶ ἀπὸ τῶν ξένων, quae tria verba cum τῷ ἄρχονται arctius ſunt conſtruenda aut α. τοῦ παρατιθέναι. Saltem dicendum participium pro hoc infinitivo eſſe poſitum. Ignarus

morum antiquorum in his forte mirabitur, cur consuetudo, primis peregrinis epulas ministrandi, ut insignis hic tribuatur Cretensibus, cum hoc apud nos vel minimae sit humanitatis. Sed cogitandum, arrogantiam et ferociam civium in rebuspublicis Graecorum tantam fuisse, ut eos asperiores redderet in exteros, et ut eos ne puderet quidem sibi ante omnes in domibus suis primam ciborum portionem apponi iubere. Miros quoque habebunt nonnullos quatuor portiones archonti datae. Tertiam accepisse videtur, aut ut familiaribus suis redderet, aut, quod magis probabile est, pro coenaculo, quod praebere deberet convictoribus utendum, cuiusque sartumque tectum tueri sicut quartam pro vasis et utensilibus, quae paranda ipsi erant et convivio commodanda. Mirum videtur, eum, quasi ceteris capaciorem habuisset ventriculum, quadruplam accipere portionem. Sed procul dubio, quod eius ipse non posset comedere, licuerit ipsi aut suis vescendum adportare aut vendere. Omnino moris fuit apud antiquos, hominibus claris, insignibus et praestantibus maiorem, quam ceteris, ciborum partem proponere. Quis non meminerit Beniaminis fratris Iosephi, nesciatve honorem duplae portionis regibus Spartanis habitum?

IV. p. 7.

εἰπούσης. Haerenti in hac voce cuipiam, eiusque insolitam vim τοῦ nominandi suspectam habenti suggeri poterunt exempla quamvis rariora. Hinc est, quod hoc verbum construitur cum duplici accusativo v. c. a Xenophonte Cyrop. VII, 1, 2 Demosthene pro cor. p. 323, Dione Cass. LVII, 24 et aliis.

Nomen, quo Ariſtotelem ſacerdos appellabat, ei auguarabatur imperium, nam Cyrenaica lingua regem ſignificabat, cum graece balbutientem notaret. Nimirum non plane mutus erat Battus, ſed non valebat preſſe, aut, ut appellant, articulate loqui. Hoc notat vox ἰσχνόφωνος, quae non eſt commutanda in ἰσχόφωνος cum Leopardo Emend. III, 11 et Scaligero ad Euſebium p. 73, nam hoc ſignificat, non ſicut illud balbutientem, einen ſtammelnden, ſed haeſitantem lingua, einen ſtotternden, qui non ut ille voces ſingulas obſcure pronunciat, ſed in continuando ſermone hallucinatur. Cf. Weſſeling. ad Herodot IV, 155.

ἠδυνάτησε. Poſt hoc vocabulum nonnulla intercidiſſe, admodum eſt probabile. Quae enim continuo commemoratur Pheretime, poſt Battum illum centum fere annis vixit, Cambyſis tempore, fuitque mater tertii Arceſilaorum, qui cum Battis in Cyrenaica alternis regnabant. Quocirca plura hic omiſſa ſint, ea certe, quae Batti Cyrenarum conditoris fruſtratum diu adventum Africam commemorarent, atque cauſam belli Barcaeis a Pheretima illati. Fuit haec caedes Arceſilai illius, ab exulibus Cyrenenſibus, quibuscum Barcaei conſpiraverant, in foro Barces patrata. Non minus manca mentio eſt morbi, quo confecta expiraverit Pheretima. At ex Herodoto IV, 205, qui fundus huius fabulae eſt, vermes eam vivam exediſſe discitur, quali morbi genere Antiochus Epiphanes quoque abſumtus eſſe perhibetur ſecundum I. Maccab. VI, 16 et Ioſephum Antiq. XII, 13, qui idem XVII, 6 et de Bel. Iud. I, 33 ſimilem miſerabilem exitum Herodis tradit. Similia de morte imperatoris Maximiani referuntur a Lactanio de Mort. Perſec. 33.

cf. Tertullianus ad Scapul. 3, Lucian Pseudom. 59. — Quod auctor eam appellat περίεργον, declarat eam luxui deditam fuisse. Nihil aliud est illa περιεργία quam Dicaearchus in Corone animadversam corripit de statu Gr. p. 18, cf. p. 9, ubi Athenienses περιέργους ταῖς λαλίαις vocat, proprie enim περίεργος est is, qui nimius est in agendo, in rebus modum excedit, quique vana et inutilia sectatur, ideoque περιεργία supervacua operositas, quemadmodum eam appellat Quinctilianus Institut. Orat. VIII, 3, 55. cf. Marcianus Capella II, 8, 4 et Plutarchus in Demetr. c. 12.

IV. p. 8.

Βάττος δέ. Dedi hoc Heynii mei auctoritati ut sic rescriberem pro Βῆττος, quod est quoque in utroque codice, quorum tamen Leidensis Βάττος mox habet pro repetito vulgato Βῆττος. Enimvero haud dissimulaverim, mirum videri, quod hic scribitur Βῆττος, cum librarii manus in proximis pluries haud aberraverit. Hinc possit suspicio subnasci, vocem Βάττος pinguius sonantem mutata postmodum dialecto populari, in pressiorem et subtiliorem fuisse transformatam. Quod nisi particula δὲ illi voci subiecta spuria est, neque excidit quicquam ante Βάττος, velle videtur auctor Battum hunc cognomine pulchrum suam matrem imperio excepisse. Id quod fidei historicae bene congruit, tribus Battis totidemque Arcesilais ante eum gubernantibus. Eandem ob causam, iisdemque positis improbabile videtur post hunc Battum imperium occupasse Arcesilaum quartum nomine, regno octavum, cui successerit quintus sui nominis Battus, novus rex idemque ultimus. Immo necesse est, rem sic se habere, si fides habenda est oraculo Delphico, apud He-

rodotum l. c. 163. coll. Schol. Pind. Pyth IV, 1, quo Cyrenaico regno quatuor Batti totidemque Arcesilai dabantur. Cum igitur post illos, quintus iste Battus regnum conaretur invadere, auso excidit, aut potius, omni conatu regnandi omisso, in exilium abiit, ita ut, salvo oraculi responso, ne rex quidem fieret. Hinc duce fide chronologica, finis regni Cyrenaici incidit in regnum Artaxerxis Longimani. Saltem prior est Artaxerxe Mnemone, hoc enim regnum capessente, Aristo quidam ad tempus turbavit statum recentis reipublicae, teste Diodoro XIV, 34 anno Ol. XCIV. quarto, neque tamen primus, nam annis circiter 150 ante eum tempore Cyri, circa Ol. LX. iam Demonax Mantineensis sub tertio Batto, Pheretimae marito, democraticam regni formam instituerat, sed mox redituram ad monarchicam. Haud meliorem successum ille Aristo habuerit necesse est, cum Plutarchus ad princ. iner. p. 89. T. XII. E. H., si cui Diodori fides non sufficiat, Platonem sub idem tempus viventem, Cyrenenses ut rempublicam sibi constitueret, rogantes repudiasse dicat. Fidem huic addit Aristoteles Polit. VI, 4 democraticam illam formam instauratam fuisse, popularemque Cyrenaicae esse suo tempore statum; scribens. — Ceterum quod ad corvum album attinet, non fuit portentum tam singulare, ut alias non item apparuisset: etsi tam raro, ut corvo rarior albo locutio proverbialis fieret. Vide Iuvenalem Sat. VII, 202 cf Lucianus in Anal. Brunck Epigr. XXI. p. 312. T. II. Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας εὑρεῖν ἢ δόκιμον ῥήτορα καππαδόκην. In regia Triglypton indica, corvos vulgo albos esse narrat Ptolemaeus Geogr. VII, 3, p. 178. Cf. Aristotelem de Gener. Anim. V, 6, qui non natura sed depravatione aves nonnullas hunc

colorem trahere contendit. Quin antiquitus tradebatur, corvi primitivum colorem fuiſſe album, qui ab Apolline demum, temerariam eius loquacitatem ulciscente, in nigrum ſit converſus. Cf. Apollodorum III, 10, 3. Ovid. Metam II, 542.

Ἑσπερίδας. Alterutro tantum duorum codi- annuente impigre reſcripſiſſem Ἑσπερῖτας, nam hic intelliguntur incolae oppidi Cyrenaici, Εὐεσπερίδες quoque appellati, illius ipſius, cuius horti tam celebres fuerunt. Huius nomen per δ. ſicut incolarum per τ. ſcribitur. Videatur Weſſeling ad Herodotum IV, 171, cf. 198. Neque ſic tamen liquidum eſt, tum, utrum Battus violenta morte perierit nec ne, tum Battumne occiderint Heſpaeritae an Cyrenenſes. Sed verbis ſimpliciter inſpectis veriſimile eſt, ab Heſperitis fuiſſe occiſum, qui, ut abolerent omne eius nomen propriumque veſtigium, ipſius caput, tyrannidem exoſi, in mare demergerent. Mox pro ζημιοῦν et ποιεῖν videri poſſit legi debere ζημιοῦσθαι et ποιεῖσθαι. Sed tales orationis inverſiones ſatis ſolemnes ſunt, et fortaſſe auctor paſſiva iſta conſulto evitavit, quia rei illi, non ab Ephoris ſed ab aliis aut ab ipſo populo plecterentur.

V. p. 8.

μηδένα τέλος πρ. Vix metus, ne quis tam imperitus ſit graecae linguae, ut uſu graecorum auctorum, Demoſthenis v. c. in Leptinem. p. 509 ignorans, hoc verbum exigere ab aliquo aliquid ſignificans cum duplici accuſativo conſtrui, tentet haecce verba, μηδὲν repoſiturus. Sed quae ſequuntur verba βουλὴν — προςόδους maiore iure ſunt ſuſpecta. Primum τὰ ἐπ᾽ ἐσχάτων, dubium eſt, quid notent, per genium linguae enim licuerit ſub ἐσχάτοις intelligere ſenatum,

et quidem non ex optimatibus conſtantem, quod eius uſui nimis graviter illideretur, ſed ex infima plebe, quae interdum ἔσχατος δῆμος vocitatur; poſſent tamen quoque ſumi adverbialiter dicta pro ἐσχάτως aut τέλος poſtremo; et ſic Cragius ea intellexit, neque exemplis deſtituitur. Septuaginta Proverb. XXV, 8 ἵνα μὴ μεταμελήθῃς ἐπ' ἐσχάτων. Ezech. XXXV, 5, ἐνεκάθισας τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ δόλῳ — ἐπ' ἐσχάτων. Daniel VIII, 4, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτων et 19 ἐπ' ἐσχάτων τῆς ὀργῆς. Ab Alexandrinis inprimis hic uſus verborum, apud alios de loco magis quam de tempore occurrentium v. c. apud Demoſthenem in epiſt. 1488 et Philom. de lat. conſtr. p. 91, de tempore frequentatus fuiſſe videtur. Quominus tamen ſic hoc loco capiantur, obſtare videtur proximum οἱ, quod, quo referatur tum non haberet, atque Cragius ſua illorum interpretatione hoc explicandi viam ſibimet ipſe obſtruxit. Ex quibus anguſtiis cum exitum non cerneret, utcunque tamen explicare volens grammaticam graviter violavit, dum οἱ pro dativo relativi ὅς habebat, quo ſumto etiam ad τὸ ἐφίετο emendandum adigebatur, quamquam difficultatem hanc, τῷ οἱ ad βουλὴν collective acceptum relato, potuiſſet evadere. Haec incaſſum moliens hunc demum ſenſum verbis extudit: ad extremum ſenatum ſibi conſtituit, cui non permiſit plus conſumere quam penſiones ferrent. Unusquisque videt, hunc ſenſum τὸ ἡ in graecis requiſiſſe, a quo alius, niſi maiore iure, ſaltem non minore, inveniri potuiſſet hic, qui ſenatus (alios) non ſinebat plus reditibus ſuis prodigere. Equidem certe hoc magis quam illud expectaſſem. Sternuntur hi fluctus, vocabulis priorem illum in modum explicatis, etſi forte

praeſtaret mutare το ἐπ' in ἐξ. Neque ſic tamen omnia recte ſe habent, atque vix credo τὸ ἐφιέναι pro ἐπιτρέπειν aut ἐᾶν eſſe bene graecum. Quid? τὸ ἐφίεσεν Cragii ne graecum quidem eſt, cuius fictione magnam graecae grammaticae imperitiam prodit. Saltem τὸ ἐφήκεν debuiſſet proponere, quod ſic occurrit. v. c. apud Plutarchum in Phocione 20, etſi iure haeſit in illa voce, quae forte unica eſt in his depravata. Pro qua ſi levi mutatione refingamus ἔφησαν aut ἔφασαν, omnina bene convenient in hunc ſenſum: Sanatum cooptavit ex infima plebe, qui negavit ſe plus eſſe profuſurum, quam ſibi ex facultatibus rediret. Prior nimirum ſenatus, quem Cypſelus eiecerat, ex Bacchiadis compoſitus, luxu erat diſſolutiſſimus et perditiſſimus, (v. Strabo VIII, p. 580, Aelianus V. H. I. 19.) ſuoque luxu magnam perniciem in patriam invexerat.

VI. p. 9.

Παντακλέων. Sic emendavi, vel invitis codicibus corruptum nomen Παντολέων ex Pauſania Eliac. II, 22. Strabone VIII, p. 556. Feſto p. 232. Ed. Godofr. cf. Polybius IV, 57. Athenaeus XIV, 1. Plutarchus de Herod. malign. p. 858. Proprie non fuit Piſaeus hic Pantaleon Omphalionis filius, ſed tyrannus Piſaeorum, vivens circa Ol. XXXIV. ſex cum dimidio ſeculis ante Chriſtum natum, atque praeſidium in ludis Olympicis, Eleis ademtum Piſaeis ad tempus tribuit. In ſecundo bello Meſſiniaco praefuit copiis, quae Meſſeniis contra Spartanos auxilium ferebant. Idem vitium inhaeret Plutarcho de Herod. malign. c. 18., ſua ipſius ope emendandum in Arato c. 33.

VII. p. 9.

Τέννης. Poſſit alicui in mentem venire, nomen huius hominis, qui inſulam olim, conſentientibus Diodoro V, 83., Strabone XIII, p. 900., Pauſania IX, 14., Plutarcho Quaeſt. Graec. 38, Conone narrat. 38, Euſtathio ad Iliad α. 73. ad Dionyſ. perieg. 536., Tzetza ad Lycophronem 234., Plinio H. N. V, 31., Stephano Byzantino ſ. v. Leucophryn nuncupatam, ſuo de nomine Tenedum vocabat, per unum ν. ſcribendum eſſe, quod nomini inſulae quoque ineſt. Atque ſic praeter multos alios excitatos a. Weſſelingio ad Diodorum I, p. 398 etiam Cicero Verr. I, 19 ſcripſit. Huic ſcribendi modo poſſit praeſtrui, quod primitus literae, in primis liquidae et ſemivocales non geminabantur ſed eloquio tantum variabantur. Id quod librarii deinde etiam literis inſtituerunt conſignare. Verum in re levi contra libros, quibuscum plerique alii auctores faciunt, nolui quidquam movere.

Quod ad hiſtoriam attinet, quae huic epitomae ſubeſt, ab excerptore obſcurata, ex illis locis debet ſuppleri, Tennae patrem fuiſſe Cycnum, regulum Cleonarum, oppidi Troadis, novercamque Philonomen, et Tennen non ſolum, ſed cum ſorore, arcae incluſum in mareque abiectum fuiſſe, quod aut omiſit exauctor conſulto, aut nesciit auctor, aut denique neglectum eſt a librariis.

βιάζεσθαι ταύτην. Praeſtare videtur αὐτὴν vel αὑτὴν, quod forſan perperam mutatum fuit a librario, pronomen hoc a τῷ καταμαρτυρήσαντος pendere opinante, cum illud ex τῶ καταψευσαμένης ſuſpendi ſenſus iubeat, quod requirit, ut ſibi ſubiungatur mentio criminis ex perſona mulieris facta,

cuius Tennen falſo inſimulaverit. Huic emendationi patrocinantur verba Pauſaniae: Ψεύδεται πρὸς τὸ ἄνδρα — τὸν αὐτῇ Τέννην συγγενέσθαι θελήσαντα, et Euſtathii ad Dionyſium μητρυιᾶς διαβολὴ, ὅτι ὁ Τένης ἐβιάζετο αὐτήν. Quae deinde ſequuntur verba: διὰ δὲ τὸ καταψεύσασθαι τὸν αὐλητὴν gloſſam ſic ſapiunt, ut nulla magis. Procul dubio erant adiecta ab aliquo, quo referatur τὸ διὸ oſtenſuro.

Ὅτι — ταύτης. Etiam haec ſuum locum non obtinent atque prorſus alieno in textum, quem violenter rumpunt, ſunt intruſa, et forſan ex alio ſcriptore huc translata.

διαθέσθαι. Quid ni ſimplex θέσθαι? Sed illud poteſt ſuſtineri explicitum per: in capita digerere aut condere legem; nec enim videtur idem omnino eſſe cum hoc. Apud Platonem occurrere ait Stephanus in theſauro, nullo tamen loco laudato. Sed non fallit; utitur enim eo Plato de Leg. VIII, p. 409. T. VIII; etſi alterum multo magis frequentat. Simili modo τὰ νόμιμα διαθεῖναι dixit Demoſthenes in Ariſtocr. p. 643, quae in Platone occurrere nonniſi per nebulam memini. — Dictum de Tenedio nummo probat et amplificat praeter Vinding Hellen. p. 316. Eckhel doctrin num. II, p. 1488.

VIII. p. 10.

Πάρος. Stephanus Byzantinus hunc Parrhaſium, Callimacho auctore facit, qui quidem non unicam eo coloniam deduxiſſe putandus eſt, ſed eius nomen tantum immutarit, cum prius iam a colonis Cretenſibus occupata eſſet.

Κόραξ ὄνομα. Niſi hiſtoria hic facem praeferat hermeneuticae et criticae, neutra partes ſuas bene

egerit. Tradit autem illa, Callondam quendam, Naxium, cognomine Coracem in pugna interemiſſe Archilochum: Quo facto cum iverit Delphos ſciscitatum de qualicunque ſua re, eum iuſſiſſe Pythiam faceſſere templo, ut ſceleratum ſancti vatis cruore et templum contagione profanantem, hoc verſu: μουσάων θεράποντα κατέκτανες ἔξιθι νηοῦ, qui eſt apud Galenum in protrept. ad artes. c. 10. Cui ille; inſontem ſe eſſe, quippe qui Archilochum communi belli iure interfecerit, ut noſter Callondam verborum luſu haud illepido Pythiae reſpondentem inducit, cui inpiam aut iniuſtam caedem ſibi exprobranti ius belli opponit. Quo bello autem Archilochus ceciderit, non facile eſt dictu, quamquam ad verum accedit factum eſſe hoc, cum Callondas Naxius fuerit, in pugna cum Naxiis, quos, cum opibus florerent, inter alias vicinas inſulas Paro quoque et quidem ante perſica tempora potitos eſſe refert Herodotus V, 1. cf. Plutarchus de Ser. Num. Vind. c. 17., Euſebius Praepar. evang. V, 33., Ariſtides Tom. III, p. 487., Suidas in Ἀρχίλοχος; quibus collatis, quid in noſtri contextu mutandum ſit aut addendum, iudicare debet eſſe lectorum. In contextu Cragii, ſphalmate, opinor, typographico preſtat ἐκ χειρῶν νόμῳ, pro quo reſtituere ἐν χ. ν. non ſum cunctatus. Nota eſt phraſis v. c. apud Diodorum IV, 32.

Ceterum a Leidenſi totum hoc excerptum Ἀρχίλοχον — — ἔκτεινα abeſt, pone quod vocabulum deſidero τὸ αὐτόν.

IX. p. 10.

Κείων. Sic ſcripſi fretus Salmaſii certiſſima ad Solinum p. 101 et Holſtenii ad Stephanum p. 147 b. et p. 322 emendatione, pro Κώων, mox ab ipſo

auctore nomine herois Cei, qui nomen dederit insulae, probata. Qui eam praeter Heraclidem appellaverit Hydrusam, in promtu iam non est, nisi quis in aliquo numero habere velit Hesychium, cui noster ob oculos fuisse videtur. Sed plures novi, qui hoc nomen insulae Teno tribuunt, Eustathium ad Dionys. perieg. v. 523., Plinium H. N. IV, 22 ex Aristotelis, opinor, opere de rebuspublicis. Utrique hoc nomen aquarum abundantia esse inditum, nisi vel per se verisimile esset, confirmari posset Eustathii testimonio.

οἰκῆσαι. Paene me impulisset codex Leid. ut suum εἰκίσαι invexissem in textum. Sed abiiciendum esset tale consilium, cum de his nymphis auctor laquatur ut de indigenis. Nihil aliunde compertum habeo de iis, non magis, quam de leone et animali et promontorio. Sed promontoria homonyma insularum Cretae et Euboeae memorantur; utrumque a Ptolemaeo Geogr. III, 16, 17. Ceum, Heraclide auctore, nomen accepit a leone quodam, nymphas territante et fugante, non ab homine aliquo Leone nominato, ut putat Cragius, qui indocte vertit: quas cum timeret Leo, in Carystum traiecit, cum vertendum fuisset: quae a leone fugatae Carystum traiecerint, in Euboeam.

Βρισῶν. Hoc nomen proprium, haud quidem vulgare, non esse corruptum, declarat Etymologus magnus: Βρίσαι, νύμφαι οὕτω καλούμεναι μελισσουργίαν αἳ ται τὸν Ἀρισταῖον ἐδίδαξαν, cf. Hesychius. Originem harum nympharum, quas tamen auctor noster a nymphis videtur distinguere, ex oriente operosius quam verius deducere conatur Bochartus hieroz. II, 4, 12, quamquam hanc viam ad verum deducere

posse negari nequit. Quam enim uvam subactam Columella XII, 39 vocat brisam, nobis die Trester, videtur esse eiusdem originis, ex graeco βρίθειν gravare forte deducendae. Neque alius generis est nympha quaedam Brisa, quae Bacchum educasse perhibetur a Cornuto ad Persium Sat. I, 76, nisi quis malit cum Etymologo m. vocem a τῶ βλίττειν, zeideln derivare, de quo videatur ad Timaei lexicon platon. Ruhnkenius.

διὰ τὸ πνεῖν ἐτησίας. Cui notum est, etesias, circa ortum caniculae 30 — 40 dies flantes ex regionibus septemtrionalibus, valde utiles fuisse omnibus oris ac insulis maris mediterranei, tum ad nimium solis calorem mitigandum, tum ad sata et pascua conservanda necessarios, flatum eorum illis perniciei esse posse miratus, vitiosa haec verba esse suspicabitur. Proinde sublestae esse fidei videbantur Ruhnkenio in epist. crit. II, p. 209, quem harum rerum intelligentissimum vere hominem, libellum meum de re theatrali veterum approbasse mihi instar est multarum laudationum. Is igitur scribendum esse censebat aut τὸ μὴ πνεῖν aut ἐκλείπειν. Posterior correctio locis parallelis Theophrasti de Vent. p. 405 et Clementis Alex. Stromat. VI, p. 753 praecipue commendatur, quandoquidem τὸ ἐκλείπειν ibi sic modo occurrit. Neque tamen dissimulo, neutram certam videri, nam post τὸ ἐτησίας possunt plura excidisse, ut saepe in extremis nostri epitomis factum videtur, talia fere, qualia iam desiderabat Salmasius ad Solinum p. 102. Διὰ ᾐτήσατο τὸ πνεῖν. Modo τὰ ἔθυσε τῷ Διὶ sine perierint, potuerint verba ista sana fuisse in hunc sensum: sacrificavit eo consilio, ut etesiae coorirentur. Nihil

opis ferunt codices. Quin τὰ: παρὰ δὲ — — — ἐτη-σίας omnino abſunt a Sluisk., quibus plura ante noſtrorum codicum aetatem interciderint, inter alia quaedam, quae morem Ceorum quotannis caniculam obſervandi ex eaque futuri anni qualitatem mente praeſumendi deſcriberent, ea fortaſſe ipſa, quae adhuc legerit Cicero de Divin. I, 53 Ceos accepimus ortum caniculae quotannis ſolere ſervare coniecturamque capere ut ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubrisne an peſtilens annus futurus ſit, cf. Diodor. IV, 82 ibique Weſſeling.

Ἀριστείδης. Intellexerim hic notum Atheniensem, cuius fide ipſius ac iuſtitia fretos multos inſulanos res ſuas commiſiſſe conſtat ex Plutarcho c. 23 in eius vita. Peculiare quidem de Ceis me legere nunc non memini. Si fallor, doctiores me caſtigent.

τοῖς τελευτῶσι. Bene Leidenſis ἐπὶ τοῖς τ. ut infra fr. 21., quemadmodum corrigendum duxi, quamquam hic dativus per ſe paſſive in eundem ſenſum etiam accipi poteſt. Mox aliquis malit ἐξάγουσι ἐκ τοῦ ζῆν, ut apud Dioscoridem IV, 26 et Appian Hisp. VI, 96. Sed nude poſitum ferri poteſt. Sic v. gr. occurrit apud Plutarchum in Anton. comp. cum Demetr. c. 6. Appian. B. C. IV, 135. Pariter ὑπάγειν uſurpatur a Mattheo XXVI, 24. Quod ad rem attinet, merentur conferri Strabo X p. 745., Aelianus V. H. III, 37., Stephanus Byzant. v. Ἰουλίς, Valerius Max. II, 6. 8. Miri huius ritus cauſam non improbabilem affert Strabo, victus penuriam incolis ſubinde auctis, utique in inſula non ſatis fertili ad extremum non ſuffecturi, cauſſam illius moris eſſe

tradit, annum, quo ulterius ipſis vivere haud liceat, aetatis ſexageſimum eſſe, addens, Opium eſſe et cicutam, quibus vitam abruperint, nemo mirabitur, qui noverit utriusque vim refrigeratoriam. Huius uſus Socratis, Theramenis, Phocionis exemplis ſatis notus et ab Athenienſibus frequentatus eſt. V. clariſſ. Schneider ad Nicandri Alexiph. 86. Illius vires narcoticae eaedem et enthuſiaſticae hodieque in Turcis et Indis ſatis agnoſcuntur. Neque veteres ignorabant illas V. Dioscorides IV, 64., Galenus de Fat. Simpl. Med VII, p. 808., Iulius African. c. XXXI. Moretum 75 nocuum capiti gelidumque papaver. Plinius h. n. XX, 18 papaveris vis non ſoporifera modo, verum, ſi copioſior hauriatur etiam mortifera. Aemilius Macer de herb. XXXII, 25 plus lethargum, mortem ſaepius infert. Illius non ultra triginta, huius fortioris adhuc non ultra quatuor drachmas ferebat humana natura, quamvis homines maiorem modum ferentes extiterint. V. Sextus Empir. pyrrho hypoth. I, 14.

X. p. 11.

Νηΐδες. Ex Aeliano V. H. XVII, 28 discimus, Euphorionem in hypomnematis hoc idem narraſſe, fuiſſe has aves maximas, feras, accedentibus infeſtas tantaeque vocis, ut terram ruperit. Appellat eas νηάδας. Forte neutra ſcriptura recta et ſcribendum νηάδες aut ναγάδες, quo Suidae veſtigia ducunt. Ex hoc nomine licet coniicere, fuiſſe aquatiles, forſan ex larorum genere. Coniici quoque poſſit, poſt τὸ νῆσος omiſſum eſſe πρότερον, quamquam non eſt omnino neceſſe. Nomina hic commemorata, inſulae ab Heraclide recte tribui aſſerunt alii. De nomine Par-

thenia V. Callimachus in Delum 48 et ibi Spanheim, Stephanus Byzant., Schol. Apollonii I, 185, Strabo X, p. 701 XIV, p. 944, Hyginus Fab. 14, Plinius H. N. V, 31, Lactantius Inftitut. I, 13. In his locis eminet Plinianus, qui verbotenus commemoretur dignus: Partheniam primum appellatam Ariftoteles tradit, poftea Dryufam, deinde Anthemufam et quae fequuntur, ubi plura adhuc nomina recenfentur, quae probant, infulam a multis fubinde coloniis fuiffe occupatam. De rariore Dryufa addatur et Hefychius.

Ἀγκαῖος ἐφ' οὗ. Hic fuit ex antiquiffimis infulae regibus, qui Lelegum coloniam ex ora Afiae minoris maritima in Samum deduxit, interque alios filium habuit Samum, infulam fuo nomine impertientem. v. Paufan. VII, 4 et Spanhemius ad Callimachum h. in Del. 50. Hiftoriam non inficetam, quae proverbio anfam dedit, narrant praeter paroemiographos Tztzes ad Lycophronem 488, Anecdota gr. Villoif. p. 24, Scholiaftes Apollonii I, 188, unde discimus, etiam huius narrationis auctorem fuiffe Ariftotelem. Nonnulla eius veftigia fervavit codex Leidenfis, qui habet, περὶ οὗ τὰς ἀμπέλους ὁ θεράπων φυτεύων φησί· πολλὰ etc., omiffis τοῖς παροιμία ἐῤῥήθη. Haec a codicis fcriptore ex memoria illius narrationis aut ex fcriptore eam habente allita fuiffe ideoque effe aliena perquam probabile eft: itidem, legendum ἀφ' οὗ pro ἐφ' οὗ; ut mox. ἠρήμωσεν, ἀφ' οὗ. Caufis proverbiorum declarandis adhibetur ἀπὸ, argumentis aut rebus, quae in iis praedicantur ἐπὶ, ut fupra ἐπὶ τῶν ἀποτόμων. Τὸ αὐτῶν non fic tentaverim, refertur enim aut ad Σαμίων infcriptum aut ad latens in τῷ Σάμον.

Ἐν τοῖς Σαμίοις. Temerarium esset, eliminare velle τὸ ἐν, quasi sufficeret solus dativus. Interest aliquid. Omissa enim hac particula ubicunque hirundo alba Samiis visa esse diceretur. Atqui auctor vult, in ipsa terra Samia hoc contigisse. Non semel hoc factum esse, Aristotele quidem auctore refert Aelianus H. N. VII, 20 et clariss. Beckmannus ad Antigonum carystium p. 183, qui conatum suum Alexidis nomen, pro Aristotelis nomine Aeliano substituendi inhibuerit, Aristoteleum, quod respicit ille, quamvis in h. n. non extet, sine dubio fuisse in eius politicis, quemadmodum pleraque huius generis, reputaturus. Nuper simile portentum hirundinis in Germania deprehensum est, auctore Indice Imper. 1803 mens. Aug. p. 2859.

διὰ τῆς ὀπῆς. Post haec excidisse videtur τῆς θύρας, ut, comparatis Aeliano V. H. IV, 28, Diogene Laertio I, 11, 8, probabile fit, foramina enim multis rebus competunt.

ἦν δὲ Θρᾷξ τὸ γένος. Hic haereas, utrum hoc errori mentis tribuas an manus, ambigens; cum memineris, Phrygem fere appellari Aesopum. Neutrum vero admitti potest; scholiaste Aristophanis ad aves obstante, 471, qui idem tradit, quique Heraclidem exscripsit, refert enim haec ipsa verba. Sed hoc quod sic H. unicus esse videtur, qui hoc tradit, auctoritati nihil detrahit. Immo eam auget, dum probat, veram et genuinam esse nostram lectionem. Quid quod alterum cum altero bene conciliari potest, nec inde tuto colligi, quod Heraclides Aesopum pro Phryge non habuerit, siquidem nonnisi eius genus ex Phrygia oriundum esse narrat. Atqui hoc facile esse in illis potuit, quae multae olim ex Eu-

ropa in Aſiam transmigraverant. V. Herodot. VII, 73 et Scaliger ad Euſebium MXLV. Hactenus ſatis muniri poſſe videtur Heraclidis auctoritas. Saltem malin ita ſtatuere, quam credere cum clariſſ. Harleſio ad Fabricii Bibl. Gr. I, p. 618, quod hoc nomen ei inditum ſit ob conſervam, genere threſſam. Sed profligata hac quaeſtione exſurgit alia, qui Aeſopus in Samiorum republica poſſit commemorari. Verum ad hanc quoque reſponſio eſt in promtu, quam ſuggerit Iulianus Orat. VII, p. 207, qui Aeſopum Samium eſſe ait, propter dominum in ſuos Samios priorem Xanthum, Idmonem poſteriorem; quos ita nominat et Herodotus II, 135, ubi Valckenarium pro Ἴδμων ſcribendum eſſe Ἰάδμων opinantem non ſequerer. illa enim forma vulgaris, haec ionicae dialecti duntaxat fuiſſe videtur. Praeter ſcholiaſtem Ariſtophanis obſtant Apollodorus Bibl. I, 9, 23; Orpheus Argon. 185, 721; Apollonius Rh. I, 139; II, 817; Nonnus Dionyſ. XXXVIII, 43; Hyginus fab. 14; Valerius Fl. V, 2 et alii multi, qui omnes ſcribunt Idmon. Neque hac tamen quaeſtione finita omnia compoſita ſunt; nam ſcholiaſtes Ariſtophanis pro τοῦ κωφοῦ habet τοῦ σοφοῦ. Secundum utram harum lectionem diiudicem, tantisper neſciam, donec aliunde mihi de hoc Idmone conſtiterit.

ἔχητι Σ. ε. Qui hic intelligitur Syloſon, fuit iunior, Aeacis filius, Polycratis frater, diſtinguendus a Syloſonte, Calliclis filio ſeniore, Samio et eodem, qui et ipſe tyrannide potitus eſt ſtratagemate, quod refert Polyaenus VI, 45. Ille ſuperiore celebrior, tyrannidem ope Perſarum, quorum regem Darium nota chlamyde ad conſocianda

arma pellexerat, poſt Polycratis obitum Maeandrio imperii uſurpatori iverat ereptum. Qui cum arcte obſeſſus in eo eſſet, ut arcem et inſulam traderet, dum id agebatur, Perſae oscitantes necopinantesque a Samiis duce fratre Charileo, cui imperium tradiderat, erumpentibus oppreſſi magnam ſtragem perpeſſi ſunt, cuius ulciscendae cauſa dux Perſarum Otanes ſuos nulli Samio parcere omnesque obtruncare iuſſit v. Herodotus III, 149. Hinc natum proverbium eſſe dicunt alii, aliis a crudelitate Syloſontis repetentibus, v. c. Strabone XIV, 945. Scriptum ionice eſſe non eſt mirandum, nam dialectus ionica erat vernacula Sami. Si illud verum eſt; ἕκητι notat cauſa; ſi hoc; voluntaria opera, lubidine.

Ὅτι — ἐξέβαλεν. Critica hic facem ſuam ab hiſtoria accendat oportet. In mente haud dubie habuit Heraclides coloniam, in qua quoque fuit Neocles, Epicuri philoſophi pater, miſſam ad compescendos rebelles Samos, terramque eorum occupandam, ac ſorte inter ſe dividendam. V. Strabo XIV, p. 946 et Diogenes Laert. X, 1; cf. Corſini Faſt. Att. II, 26. Commemoratio patris Epicuri tempus ὁλοσχερῶς indicat, quo ablegata fuit iſta colonia, et probabile facit, hoc factum eſſe circa Ol. CX. Quodſi verum eſt, vix contigiſſe poteſt, ut archonte Ariſtodemo Ol. CVII, 1, anno ante nasceretur Epicurus, quod ex Philochoro refert Dionyſius Halic. in Dinarcho p. 665. T. V. E. R., ſic enim in Samo Epicurus natales ſuos habuiſſet, qui quidem ibi nutritus et educatus eſſe fertur. V. praeter Diogenem Suidas et Eudocia in Viol. p. 172. Sed auctoritati gravioris illius chronici hoc dandum eſſe reor, ut an-

num iſtum Epicuri nati pro falſo habeamus, niſi quis, ſi Epicurus nominatur Athenienſis hoc propter parentes fieri iudicet, id quod optimum eſt forſitan ad turbas illas componendas. Quid? quod ſcholiaſtes Aeſchinis in Timarch. p. 731. T. III. E. R. coloniae in Samum deductae tempus in Ol. CIV, 4 archonte Nicocle removens repudiandus eſt, cf. Weſſeling ad Diodor XVIII, 18. Omnino pars hiſtoriae atticae inde ab expulſis triginta tyrannis iam antiquis, nedum nobis, obſcura fuiſſe videtur. Nomen Euripidis commemorati iuvaret nonnihil rem ad liquidum perducturos, ſi ſcirent, quis ſit hic Euripides. Celebrem tragicum non eſſe, vel hoc probat, quod hic deceſſit Ol. XCIII, 3; Poſſit eſſe dictus Ariſtophani Eccleſ. 821; quamquam vix probabile eſt, hunc comicum, qui Euſebio teſte Ol. LXXXV floruerit, usque ad Ol. CVII; imo ad Ol. CX vitam prolongaſſe. Verum Euripide a ſe commemorato multo ſenior eſſe potuit, et hic propterea ultra illum terminum vitam extendiſſe, quamquam, ut dixi, parum veriſimile eſt. Forte eſt idem cum eo, cuius mentio fit a Polluce Onom. IX, 101, quem unum ex quatraginta, poſt triginta rempublicam adminiſtrantes fuiſſe prodit, quorum principem fuiſſe probat, quod talorum iactus quadraginta colligens ab eo dictus ſit Euripideus. Videtur hic iunior eſſe illo, ſi diverſi ſunt. Si Theagenem Samium accuratius noſſemus, indagare veritatem poſſemus penitius. Sed de hoc homine mihi nihil eſt compertum. Doctiores lucem ſuam, ſi quam habent his tenebris affundant. Equidem neſcio, vulgatane lectio praeſtet, an codicis Leidenſis Θεογένης, quae forma non rara eſt. V. Xenophontem hellen. I, 3, 9; II, 3, 2;

inprimis Dukerus ad Thucydidem IV, 27. Multo magis insolita est forma dativi vocis Ἀθήναισι, pro qua calamo vix temperare potui, quominus rescriberem Ἀθήνῃσι.

XI. p. 12.

Ταύτης — ἐξεφύτευσε. Illud referendum ad inscriptionem, ut ita dicam, praegnantem, utpote cui inest τῆς Κύμης urbis aeolidis. Hoc quominus tentem, rescribamque Heynio probante ἐπεφύτευσεν, animo vix possum temperare, cum notet transplantare si ignorem, verbis graecis cum τῷ ἐκ compositis inhaerere interdum potestatem perficiendi. Hinc significare possit hic, totam insulam consere re, quo? aut excidit, aut nescivit autor, aut non addidit, aut varii generis utiles stirpes et felices arbores intellectas voluit. Alias pronum esset addere ἀμπέλοις. Si doctrinae meae modulus in abstrusum angulum pertineret, ubi plura de hoc Telephane lateant, quem antiquissimum temporis mythologici regem fuisse probabile est, aut nisi modo interiissent, quae Aristoteles de hac republica scripserat, qui Schol. Soph. Oed. in argum. et Suida in τύραννος testibus in Cumanorum reges αἰσυμνήτας vocatos esse tradit, luculentius disputare de hoc loco possem. Rarius illud nomen personale gestum esse novi a celebri quodam tibicine Samio, occurente apud Pausaniam I, 43; Plutarcham de Mus. p. 1138; A. T. II et apud Suidam. Sed hic nostro loco est alienus.

τινὸς — τινὰ. Quem hoc mirum habeat non obiurgabo, sed reprimam, si quem lubido illud corrigendi invadat in nomen aliquod personale, nam hoc fieri non deberi iam indicat repetitio eiusdem

vocis de diverſis hominibus. Speciosius foret δεῖνος — δεῖνι, quod dici ſolet de hominibus, quos aut nominare memoriae culpa non poſſumus, aut nolumus. Saltem exempla hocce modo uſurpati τις requiro. Simpliciter ideo credi poteſt, neutrius nomen ſciviſſe Heraclidem, qui, ſi poſterius τινὰ ſcripſiſſet tantummodo, videri poſſet innuere obſcuritatem oraculi cuiusdam, aliquem ipſis Lydis nondum cognitum deſignantis. Cui cogitationi ſiquis immoretur, eo deferri poſſit, ut priore τινος nomen proprium occuli ſuſpicetur. De Mane, antiquiſſimo Lydorum rege ſine ulla idonea ratione cogitant conditores Hiſt. univ. Guthr. II, p. 155.

Ἑρμοδίκην, Hemſterhuſius ad Pollucem IX, 6, p. 1063 ſcribi ex ſuo auctore iubet Δημοδίκην, quia illud nomen femininum non occurrat. Sed haec ratio infirmior eſt, inprimis nominis forma analogiam ſervante, quam ut movere quemquam debeat ad mutandum nomen ex Polluce, cuius locus ex noſtro non minore forſan iure emendandus ſit. Haec emendatio itaque aeque inutilis cenſenda eſt atque violenta. Quot nomina, ſic dicta propria, ἅπαξ λεγόνα ſunt? et quoties uni homini diverſa nomina tribuuntur? Proclivius eſt ſuſpicari, ante proxima verba κάλλει διαφέρειν excidiſſe οὐ μόνον, niſi quis elliptico uſu ſatis frequente omiſſa eſſe malit. De his melius iudicaremus, ſi fontem haberemus, unde ſua hauſerit Heraclides. Sed eum ne novimus quidem. Memorabile eſt, quod memoratur Hermodicem Cumaeis inventricem fuiſſe pecuniae cudendae. Indidem forte eſt, quod Herodotus ad Lydos eius inventionem refert I, 94 in qua regione Cumae erant ſitae.

ἀπόλλυνται. Malim *ἀπώλλυντο*, narrat enim auctor rem, quae olim fuit. Mos iste non fuit insipidus, non tam propterea quod plura singulis domibus invigilabant, quo illarum domini, vicinis freti, alienisque rebus familiaribus attenti suarum fierent incuriosiores, quam quod hinc cavebantur furta, unde plurima exeunt, nempe a vicinis. Huc redit sapiens Hesiodeum Op. et D. 348.

αὐτῆς. Emendatu facile hoc forte visum fuerit nonnemini, corrigendumque *αὐτήν*. Sed abstinendum, nam *μοναρχεῖσθαι* sine dubio construebatur cum genitivo ut *ἄρχεσθαι*. Hic tamen usus est notabilis, quo passive, sine subiecto absolute genitivo iungitur. Idem est, ac si posuisset *μόνον ἄρχεσθαι αὐτῆς*. Nescio, an alibi tali modo offeratur.

Φείδων. Cumaeus, quod scio, legislator huius nominis a nemine nominatur, sed vetustissimus Corinthius ab Aristotele Polit. II, 6, cf. celeberrimus Heynius opusc. philol. II, p. 255, ubi nostrum locum proponit. Notior adhuc est, Phidon Argivus, frater Cavarei, Macedonum primi regis, inventor monetae mensurarum et ponderum inter Graecos, et idem antiquissimus, de quo videndus Prideaux ad marmora Oxon. Epocha 31, Cumani Phidonis lex non vulgarem sapientiam prodit, quippe qua cavebatur, ne homines inhonesti sortisque suspectae, civitate potirentur. Multo minus notus est Prometheus, qui mox sequitur. Omnino in hoc fragmento ex proprio fere fonte sua hausisse Heraclides videtur.

Διαγόρᾳ. Fuit hic Diagoras sine dubio idem, quem Aristoteles de republica V, 6 equitum oligarchiam, sustulisse ait, nuptiis, quibus iniuria affi-

iebatur, occasionem praebentibus. Proximum est credere, Eretriensem hunc Diagoram fuisse. Attamen cum celeber ille Atheus, aetate belli peloponnesiaci vivens, Mantineensibus praeclaras leges scripsisse dicatur ab Aeliano V. H. II, 23 et a Hesychio Milesio p. 12, quem exscripsit Suidas, Corinthi obiisse: absonum non esset putare, Diagoram hunc eundem esse cum nostro, aliter ac sensit Fabricius Bibl. Gr. II, 24, p. 654; T. II. Ed. Harl.

XIV. p. 13.

Λεπρεῖς. Haec forma post illam crebriorem inscriptionis non expectabatur quidem. Sed haec ratio non sufficit ad locum pro corrupto habendum, neque gentile Λεπρεὺς analogiae adversatur, deductum a Λέπριον, Λεπρεῖον dictum Callimacho hymn. in Iov. 39.

XV. p. 13.

Νόμοις. Auctor nihil aliud velle videtur, quam leges scriptas apud Lycios non extare, sed mores longo temporis usu invaluisse in legum vim. Mos quem affert imperii mulierum in viros, singularis est et verum se probat iis, quae referuntur ab Herodoto I, 173. Nicolao Damasc. apud Stobeum XLII, p. 292 et a Plutarcho de Virt. Mul. T. VIII, p. 276; Ed. Hut. qui certum faciunt, potiorem sexum et honestiorem fuisse apud Lycios femininum. Neque tamen τὸ γυναικοκρατεῖσθαι ita velim interpretari, quasi reginas habuerint, nam nullius Lyciae reginae mentio fit, sed plurium regum, quamquam nobis tam pauca tradita sunt de Lyciorum historia, ut facile, nobis ignorantibus seriem reginarum Heraclidi notarum, habere potuerint.

XVII. p. 14.

Μολοττοὶ. Hic adeo coecutio, ut diſcentis quam docentis partes agere malim. Nam neque commemoratur, ubi templum Dianae expilaverint Moloſſi neque cur hoc fecerint, neque quando id acciderit. Negligentiſſimum hic ſe praebuit excerptor, niſi ex parte tempus fuerit cauſandum. Immo non ſatis patet, cur hoc fragmentum afferatur, quod ieiuni habet aliquid et frigidi. Res, quam continet, eſt hiſtorica non politica, videturque ab auctore propoſita fuiſſe prodigii cauſa. Fanum illud fuiſſe Cephalenum eſt credibile, quamquam inſcriptio rem Moloſſis vindicare videtur, cum magis ad illos pertineat. Saltem ſi ſana et integra ſunt verba, videntur ſignificare, Dianam non indignatam eſſe ademta ſibi a Moloſſis corona, ſed proiecta altera corona aurea, quam ipſi repoſuerant Cephalenes pro illa ablata, prae ſe tuliſſe, malle ſeſe illorum eſſe quam horum. Sic tamen putidum eſt, quod de ſacrificio commemoratur. Expectatur ſacrilegos caput ſtatuae alio integumento loco detractae coronae operuiſſe; et hinc vox θυσίαν ante me iam Heynio meo ſuſpecta ſiebat. Quod ſi legeretur καυσίαν, quem pileum ſicut originem cum Macedonibus communem habuiſſe Epirotas aut Moloſſos, fidei non eſt expers? Sed hae coniecturae tantisper pendent, dum aliunde liquidius de re conſtiterit. Nunc coniicere tantum poſſum, narrare verba prodigium, imperium iamiam futurum Moloſſorum in Cephallenes protendens. Ceterum, quod addit auctor de origine nominis, habet plures, qui ſecum faciunt, inter alios Ariſtotelem, qui hoc in politiis tradiderat, prodente Etymol. m. in Αρχείσιος; Strabonem X, p. 708; Pauſa-

niam I, 37; Apollodorum II, 4, 7, ſecundum quos Ampitryonem, cum expeditionem contra Teleboas faceret, comitatus eſſe dicitur Cephalus et hanc inſulam ab eo accepiſſe. —

XVIII. p. 14.

ἀποπλεῖν. Nota ſignificatio huius verbi, nave proficisci alicunde, abſchiffen, hic nullo modo convenit, cum ad Mileſios tantum referri poſſint, niſi verba obtorqueas. Senſu iſtuc ducente deberet itaque notare τὸ ἀποπλεῖν, avehere aliquem navi, einen abfahren. Quod cum ab uſu verbi prorſus abhorreat, locus ſit coniiciendi, eſſe corruptum omiſſumque τὸ ἐᾶν. Conatui Heynii mei, textum interpretatione ſuſtinentis, cum dictum eſſe poſſit τὸ ἀποπλεῖν pro εἰς τὸ ἀποπλεῖν etſi το καὶ non obſtaret, duritie tamen vel ſic oratio vix careret.

XX. p. 15.

Λαμίσκος. Fides huius nominis, forſan nonniſi hoc loco et apud Platonem Epiſt. VII, p. 148 occurentis, ob id ipſum in dubium vocari poſſet. Sed hoc non ſufficit ad iuſtam criticam loco admovendam. Quemadmodum enim a nomine Lycus derivatur Lyciscus, ſic a noto nomine Lamus legitime Lamiscus deducitur, quem Lucanorum italorum regem fuiſſe vix poteſt addubitari. Verum ut taceam, auctorem vulgari nomine ad ambiguitatem evitandam haud dubie uſurum fuiſſe, vel eo, quod aliunde de hoſpitalitate Lucanorum — v. Aelianum V. H. IV, 1 — conſtat, probabilius redditur, intelligendos eſſe italos. Sed hoc moram fecerit maiorem, quod Heraclides, quotus digitus in pedibus

Lamisci fuerit lupinus, declaraturus, tamquam notam addit verba ἀπὸ τοῦ μεγάλου, quasi non idem esset, si a minimo numeres. Hinc videtur sequi Lamisci pedes sex digitorum fuisse, tertiumque a maximo carnuculam digito similem, aut callum cartilagineum, qualis genti Bilfingerorum proprius fuisse dicitur. Exempla antiqua nunc mihi non sunt in promtu, sed non defore arbitror.

XXI. p. 15.

Λευκανία. Haec vox specie forte corruptior est, namque Schol. Apollon. ad l. 918; Samothracen olim Leucosiam ac deinceps Samum appellatam esse ex Aristotele refert, ut adeo etiam hic ita legendum sit, nisi alterum, alteram vocis formam pro recta habuisse statuimus. Antea, cum interpungeretur post ἑπτακοσίοις, etiam ea ipsa vox iure erat suspecta. Cum enim antiquissima Graecorum chronologia tam obscura et incerta sit; non capitur, quomodo auctor ab exitu thracicae coloniae retro usque ad tempus illud, quo Samothrace vocabatur Leucosia, elapsa esse septem secula liquido definire queat. Ignoramus quidem aetatem illius coloniae; at discimus ex nostro, antiquiorem fuisse samia, quae et ipsa antiquissima fuerit secundum Diodorum V, 47, quicum faciunt Dionysius Halic. I, 41 et Eustathius ad Dionys. perieg. 534, eo advecta a samio quodam Saone, Iovis aut Mercurii et nymphae Rhenes filio. Magna vetustas huius coloniae vel inde apparet, quod Dardanus ex hac colonia originem ducebat, quem circa a. m. 2500 vixisse constat. Tametsi autem fabulis Samothracum maximam fidem habemus, hanc coloniam in tempora postdiluviana regionis suae reiicientium, diluviumque suum omnibus aliis graecarum nationum prius esse traden-

tium, vix tamen evinci poterit certis auctoribus, eorum memoriam ultra a. m. 1800 posse promoveri. Hinc nullus dubitarem, perimpedita haec tesqua viam mihi pandere, τῷ ἑπτακασίοις mutando in ἑβδομήκοντα, nisi alia ratio me expediendi mihi offerretur, mutata interpunctione, qua facies rerum omnino mutatur. Corroborant eam Pausanias VII, 4, et Schol. Homeri ad Iliad. v. 12 ex Apollodoro, quorum hic Samios colonos, oraculo delphico iussos, anno 209 post Troiae excidium Samothracen occupasse scribit, ille e Samo isthuc coloniam exiisse, eiectam a colonia ionica ducta a Procle, Pityrei filio, pulso et ipso a Deiphonte epidaurio, Temenis argivi, noti illius Heraclidae genero. Qui cum 100 fere annis Troia deleta posterior sit; subtilius ratiocinando licet exputare, quomodo ad tempus ab Apollodoro finitum haec colonia possit congruere. Quae Pausanias de ea re habet, ipsa veritatis argumenta secum ferunt, ut aegre dubitetur. Quae iactari possint, iam diu olim peninsulae a Saone hoc nomen fuisse inditum, et Homerum iam novisse Samothracen, vix veniunt in censum. Ut enim taceam, testibus non optimis fidem rei inniti, et de Homero suo interlocuturum esse celeberrimum Wolfium, nemo dicit, a Saone Samothracen appellatam esse peninsulam, sed Samon, at derivatio habet aliquid torti et duri. At hoc contradicit Pausaniae et Stephano byzantino, qui peninsulae nomen fuisse Dardaniae tradunt antequam Samothrace appellaretur, cum ex illa traditione vices forent versae. Praeter haec nomina adhuc plura alia aliis temporibus habuit peninsula, unde eius historica grandior antiquitas amplius colligitur, de quibus dispicere nunc nostrum non est. Conferantur interim Strabo XIV, p. 944; Plinius H. N.

V, 31; Lactantius Inſtitut. I, 13. Noſtra refert videre, num ſeptingenti illi anni cum narratione Pauſaniae queant conſiſtere. Sed nemini hoc operoſum erit intelligere, et ab anno m. 3000 ad. a. 2300, et inde usque origines ſuas repetere neque a vana Graecorum illas oſtentantium origine, neque ab hiſtoria graecorum illum terminum longe excedente alienum videbitur.

Mox pro οἰκίας eruditiſſimus Heynius mavult οἰκείας, legitime et ſpecioſe, auctoribus aliis, eandem criticam adhibentibus Diodoro II, 3; Weſſelingio Polybio II, 3; Erneſti, Palaephato I, 9 Fiſchero. Equidem tamen mero ingenio ſolique de lingua arbitrio tantum tribueri nolui, ut locum emendarem. Quamquam enim ad manus nunc locus non eſt, ubi οἰκία de patria eſt, οἶκος tamen ſic occurrit apud Xenophontem hellen. III, 2, 14 et in Athenaeo X, p. 448 a Caſaubono agnoscitur. In quaeſtionem etiam vocari poteſt, num ubique critica recte ſit tractata, cum apud latinos τὸ domus pro patria dici neminem praetereat.

XXII. p. 15.

κλαίω etc. Archilocheum hoc eſſe ſenarium iambicum, manifeſtum eſt, ſed integerne nec ne, non item, nam aliter et corruptior profertur a Strabone XIV, p. 958.

κλαίειν θᾶσσον, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.

Critica difficilis hic eſt accommodatu, quoniam de ſenſu verſus contextui excerpti de eiusque conſtructione penitus certis eſſe nullo modo nobis licet. Sed hoc ſtatim anticipandum, ne quis fallatur, τὸ κλαίειν eſſe non Archilochi ſed Strabonis, illud praecedenti φαίνεται aptantis, qui proinde τὸ κλαίω ut noſter legerit. Hoc quidem ab utroque auctore dicitur, in hoc verſu

loqui Archilochum de calamitate Magnetum, ſub quibus intelligendi ſunt Magnetes Aſiae minoris. Ita tamen nondum ſcimus, utrum ex propoſito an obiter tantum fiat, Magnetumne mala hic deſcribat poeta an ſuam ipſius adverſam fortunam cum Magnetum comparet, quod ſcire lectoris refert. Poſteriora hic videntur contingere. Calamitates horum Magnetum tantae fuiſſe videntur, ut in proverbium abierint, cui materiam praebuerint multae ac multifariae caedes et clades, quas a cimbrica gente Treronum ſint perpeſſi circa a. m. 3350, qui annus in ipſam Archilochi aetatem incidit. Quamquam etiam probe repeti poſſint, ex multis ſedium viciſſitudinibus, quas relinquere et cum aliis commutare ſaepe vi cogebantur. V. Cononem narr. 29. Quicquid ſit, non ſufficit ad verſum aut tute explicandum aut emendandum. Ut nunc ſunt, ſenſu non omnino caſſa videantur ſic accepta: tolero mala marium, non Magnetum, id eſſet, multa maiora mala tolero, quam Magnetes. Sed frigidum, quod huic ſenſui ineſt, non me fugit, quod tamen mitigari poſſet, ſi οὐ formetur in ἢ, aut οὐ τὰ in ὄντα, verbis ſic diſtinctis

κλαίω, θαλασσῶν ὄντα, Μαγνήτων κακὰ

hoc ſenſu: Comploro mala Magnetum, cum marium malis conferenda. Neque quemquam, credo, offendet, immenſa mala cum mari comparari, vel quia tot mala creat, vel omnino cum imago ſit vaſtitatis et multitudinis. Sic πέλαγος κακῶν occurrit apud Euripidem in Hippol. 922; Herc. fur. 1088, πέλαγος καλῶν apud Platonem in ſympoſ. c. 29. quem locum reſpexit Plutarchus Quaeſt. Platon. III, p. 261, T. XIII., cf. Plautus Aſinar. I, 2, 8 et paroemiographos. Quemadmodum mare phyſicum, ſic

Magnetes hi ſymbolum malorum hiſtoricum fuiſſe perſpicitur ex Iulian. Orat. VII, p. 210, quem deſcripſit Suidas. Vel ſic fuerint tamen, quibus puteat τὸ θαλασσῶν, Strabonis variante lectione ſuſpectius ad huc. Tyrrwhittus coniect. in Strabon. p. 54 edit. Harleſs tentabat acute et docte, varia apud Athenaeum I, 45 lectione iuvante, τὰ Θασίων pro θαλασσῶν, non addens, cur ita velit. Verum reſpiciebat ſine dubio aerumnas, quae Archilochum in Thaſo manebant, cuius incolarum invidiam incurrit, coloniae eo Paro ductae conſors. V. Aelianum V. H. X, 13. Tum vero non ſtatim clarum eſt, quid velit verſus. Non minus frivolus eſſet, ſi notaret: lugeo calamitates Thaſiorum non Magnetum; quem ſenſum verba primo offerunt. Quid hic Magnetum facere mentionem attinebat? Si vero ſignificant, ut habeant ſalem: Lacrymor mea in inſula Thaſo mala, quae Magnetum infortunia aequant; hic ſenſus non pronus eſſet ſed ſupinus, non ſe daret, ſed extorqueretur. Huc accedit, quod ſi neceſſarium eſſet, Thaſios extundere, multo leviori momento nos habituros eſſe illos legentes Θαλασσίων, aut Θαλασσέων, quod eſſet gentile nomen inſulae Thaſi, nomine Thalaſſia quoque inſignitae, auctore Ptolemaeo Geogr. III, 12, p. 80. Enimvero parum omnino tribuo huic emendationi, nam quis praeſtiterit, poetam non alia aut omnia ſua mala in animo habuiſſe, quarum bonam partem virulenta ſua lingua apud populares ſibi contraxerat? V. Pindarus Pyth. II, 96. Tum ex turbido eius animo talis proficiſci potuiſſet:

κλαίω τάλας, στένω τὰ Μαγνήτων κακά.

aut talis:

κλαίω τάλας ἐγών, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.

quam lectionem favorabilem faciunt Strabo, qui ου habet. Sed has coniecturas non ita adamavi, ut prae melioribus eas non ſtatim reiiciam, easque a vero non aeque atque tyrrwhittianam aberrare poſſe arbitrer. Acutiſſimus Heynius verſum ſic confingebat:

κλαίω δὲ μάσσον ἢ τ. M. κ.

quam praefero alteri eius coniecturae:

κλαίω δ᾽ ἐλάσσον ἢ τ. M. κ.

Φάμις. Neſcio, an vobis, Viri docti, approbem hoc nomen intentatum relictum, quod omnino mihi occurrere nunc non memini, nedum ut de hoc ipſo homine legerim aliquid. Alias proclive foret coniicere Φάμιος, doricae formae pro Φήμιος; qui ex Homero ſatis notus eſt. Si promitis meliora et accuratiora, gratiam a me inibitis.

Αἴσωπον. Niſi, quod de Aeſopo hic commemoratur, pannus eſt ab aliena manu aſſutus; miranda eſt vecordia excerptoris, qui, dum utiliores face ramos amputat, infeliciores inſerit. Profecto haec ſunt prorſus aliena ab hoc loco, neque accurate quidem narrata, nam omittit auctor tum Delphis hoc factum eſſe tum crimen ſacrilegii non verum fuiſſe, ſed fictum a Delphis, ut probrum, quo ſe pungebat Aeſopus, ulciſcerentur. Res latius exponitur a Schol. Ariſtoph. ad Veſp. 1437., et a Plutarcho de S. N. V. c. 12. p. 243. T. X. Ed. Hut.

XXV. p. 16.

Ῥήγιον. etc. Ut haec intelligantur, aliunde opus erit ſupplere. Cum Meſſenii ſub tempora primi Meſſeniaci belli, feſtum cum Spartanis commune in confinio celebrantes iterum virgines violaſſent; horum populares et propinqui iverunt, res repetitum, et ut exacta a

pudicitiae violatoribus injuriae poena ſibi ſatisfieret, poſtulavere. Hinc diſſidiis crudis apud Meſſenios publice ſubortis, illi, quos Spartani ad poenam depoposcerant, poenas daturos ſeſe eſſe negantes crimina in iſtos ultro rejecere. Sed cum plurimos ſuorum haberent adverſarios, quorum partibus plus pollentibus erant impares, cedendum ipſis fuit, patriaque expulſi confugere Maciſtum Elidis oppidum, ubi incidebant in turbam Chalcidenſium ex Euboea, quibus et ipſis patria extorribus Rhegiumque petentibus ſocios ſe addidere. Videatur Strabo VI. p. 395., Scymnus Chius 310., quibus ab Heynio nominatis in opusc. II., p. 270, addendus eſt Pauſanias IV. 4. Cf. et Barthelemy Voy. du jeune Anach. I, p. 8. ſq.

Αἰόλου. Sic audacter reſcripſi pro Διόλου ex Diodoro V, 8; Euſtathio ad Dionyſ. perieg. 462, et ex Callimacho apud Tzetzem ad Lycophr, 45. Nihil erat facilius corruptione alterius literae in alteram, et nullum nomen perſonale magis abhorret a graecorum uſu, quam nomen Diolus.

ὅπου ἂν ἡ θήλεια τὸ ἄῤῥεν — — — Haec corrupta eſſe, jam Cragio animadverſum, qui, quae deſint, non male ita ſupplevit: complecteretur, ibi urbem conderent. Graeca poterant fuiſſe: περιπλέκοι, aut περιλάβοι, aut περιβάλοι, ἐκεῖ πόλιν κτίζειν, aut ſimilia. Poſſit etiam ſola vocula ἦ eſſet excidiſſe, vel poſt ἂν, vel poſt ἄῤῥεν, ut nullo ex tribus illis verbis indigeremus. Quid? non omnino incredibile foret, oraculum ex conſulto mance aut elliptice locutum eſſe, ne impudicum ſenſum vocis ὀχεύειν, quem mente concipi vellet, verbo ſuo deſignaret? Critica hic poſſet tutius incedere, ſi eadem traditio apud alios quoque expoſita haberetur. In verſione

germanicae linguae genium, graecae linguae genio vel invitum infervire juffi, ne periret lufus verborum, nam proprie πρῖνος vertendum erat, die Kermefeiche, quercus ilex Linnaei in meridionali Europa frequens et infignis, tum foliis fuis femper viridibus, tum cocco, quod ferebat, unde praeclarus color ruber confiebat.

ἀπό τινος ἐγχωρίου ἥρωος. Etiam hic, ut faepe, Heraclides vulgus fcriptorum non fequitur, in omnia alia abeuntium, maximamque partem nominis originem ἀπὸ τοῦ ῥήγνυσθαι deducentium, quia Sicilia ibi motu terrae ab continenti diffiluerit. Eorum choragus eft Aefchylus, recenfenturque a Simfono ad a. m. 3339, et ab Heynio ad Apollodorum pag. 400, quibus addo Plinium H N. III. 8, et Etymol. m. Unde Heraclides fuum hauferit, nondum potui indagare, qui, nefcio quomodo, tam praepoftere potuerit commentari, ut res, duobus aut tribus fere feculis origine urbis feriores prius pofuerit, ut adfcitas a Rheginis Charondae leges, eique memoriam tyrannidis Anaxilai fubjunxerit, fub quo tamen non eft intelligendus antiquior Anaxilas, et ipfe Meffeniae originis eoque ipfo tempore, cum Meffenii transmigrarent, Rheginorum rex, fed duobus fere feculis ferior aequalis Darii, qui civitatis ftatum oligarchicum in tyrannicum convertit. V. celeberrimum Heynium opusc. II, p. 269 fq. Sed et hic Charondae erat antiquior aevi intercapedine, eaque re ante eum commemorandus.

XXV. p. 17.

Χαίρετε. Hunc verfum corruptum fuiffe, ex Ariftotelis Rhet. III 2, p. 319 T. IV, ed. Buhle intelligitur. Ubi eft talis:

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

eum in Heraclide ſic proſtaret:

Χαίρετε ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων.

vix in juſtum metrum redigendus. Ut enim Ariſtoteles habet, eſſe aſynartetum ex dipodia dactylica et trochaica mox cognoſcitur. Quare non cunctatus ſum noſtrum emendare ex Ariſtotele. Quam frequentata ſit vox poetica ἀέλλοπος aut ἀελλόπους, quae in hoc verſu eſt, de equis praeſertim, probant multa exempla Homeri Il. θ, 409, ω 77, 159, h. in Ven. 219, Pindari Pyth IV, 32, Nem. I, 6; Sophoclis Oed. Tyr. 474; Euripid. Helen. 1330; Orphei Argon. 1275.

XXVI. p. 17.

Κορκυραῖοι. Rarior forma me haud offendit non inſcium eorum, quae praecepit Spanhemius de uſu et praeſt. numism. 108; ad Callim h. in Del. 156, et Wachterus Archaeol. numm. §. XXV ſq.; Pauſanias II, 35; Ptolemaeus Geogr. III, 14, p. 85. Alii eadem forma utuntur neque moveri debet in Conon. Narr. III, Euſtath. ad Dionyſ. perieg. 494 πολλὰ ἱσταριῶν ἀντίγραφα ἐμφαίνουσιν λέγεσθαι καὶ διὰ τοῦ ο Κορκύραν. Quam vellem, ut reliqua quoque tam facile poſſint profligari, quae valde ſunt obſcura, quibusque illuſtrandis vix ſuffecero, cum ne primordia quidem Corcyrae Spanhemii mihi ſint in promtu, qui forte mihi otium feciſſet. Et hic propria ſua affert auctor, neque facile apud alium reperientur, quae de Diomede narrantur; alioquin e larga penu ſua depromſiſſet literatiſſimus Heynius, in Exc. I. Aen. XI, p. 579, T. III. Qualia verba nunc ſunt, non ſatis declarant utrum Corcyraei bellum, in cuius ſocietatem aſciverant Diomedem, Iapygibus an Brunduſinis illaturi fuiſſent, in-

ter quos duo populos, verbis hisce integris et ſimpliciter ſumtis, bellum exarſerat. Hoc per ſe non debet eſſe miraculo, quandoquidem Iapygibus cum aliis graecis gentibus v. c. cum Tarentinis bellum fuit, auctoribus Herodoto VI. 170, Ariſtotele Polit. IV, 3., Diodoro XI, 52, Strabone VI, p. 431. Atque contra Meſſapios aut Dannios, qui fuere Japyges belli societatem cum Danno rege iniiſſe dicitur Diomedes. V. Antoninus liber. metam 37., et Tzetzes ad Lycophr. 603. Sed cum haec traditio diverſa videatur a noſtra, parum valet ad rem dilucidandam; neque declarat, cur Corcyraei tandem alterutros illos bello petierint. Altioris indaginis eſt cauſa hujus rei. Equidem, cum animo ſuccurreret odium mutuum, quo flagrabant Cretenſes et Corcyraei, notum ex Ovid. Ib. 512, et fortaſſe inde exortum, quod olim Phaeaces ſedibus ſuis in Sicilia a colonis cretenſibus excitati fuerint, — cf. ad Homeri Od. ζ. 6. Euſtathius — et cum Brunduſium fuiſſe Cretenſem coloniam e Srabone VI, p. 432, Juſtino III. 4. 12, et Lucano Pharſal. V, 406. haberem cognitum, facile eo deducebar, ut crederem, Corcyraeos, odium, in matrem exercitum, in coloniam quoque propagaturos fuiſſe. In hanc ſententiam malim tamen legere πολεμοῦσιν ad Corcyraeos relatum pro πολεμοῦσαν. Loco ſic lecto omnis ambiguitas evanescet, neque iam diverſi erunt a Brunduſinis Japyges, qui et ipſi ex inſula Creta deducuntur ab Herodoto l. c. et ab Athenaeo XII, 5., cum ab aliis ex Illyrico, idque probabilius repetantur. Cf. Heynius opusc. II, p. 275. Quodſi ejusdem originis Corcyraei fuerint, quod vel ob viciniam fide haud eſt indignum, etiam hinc cauſſa belli pateat, credibile enim eſt, Corcyraeos cognatum ſibi populum, opem ſuam

implorantem, ab alienigena gente illum opressura defensuros. Clarius hic cerneremus, si abstrusum fontem reperire possemus unde sua Heraclides hauserit, qui sententiam Justini XII, 2 et Isidori XIV, 4. Brundusii origines ad Diomedem referentium non sequitur. Ejus epitomatorem hic laude non possum impertiri, quod non accurate extulit, ubi, in Japygibusne an apud Corcyraeos divinos honores, qui plurali τιμαὶ ut apud Strabonem eadem ipsa in re V, p. 329. coll. Pausania II, 38. III, 12 Eratosthene catafter. 1, 30. designantur, Diogenes post mortem suam sit sortitus, honores istos enim nonnisi posthumos esse facile concedet quisque. Sed Diomedem, ut heroem non uno Italiae loco fuisse cultum, notum est. Unde, cum sensus verborum hiulcus sit, suspicari licet, nonnulla excidisse.

XXVII. p. 17.

γαμεῖ ἕκαστος. Thracum polygamiam non unicus celebrat Heraclides. Aliorum auctorum a Wesselingio ad Herodotum V, 5 citatorum locis addantur: Solinus 10; Mela II, 2; Sext. Empir. Pyrrh. hypoth. III, 29. Hic mos, a gente in Venerem prona — Ovid. Metam. VI, 459; Nepos Alcib. 10 — profecto non abhorret, cui coniunctum alterum fuisse uxores emendi, sicut antiquis hebraeorum et graecorum temporibus etiam Xenophon refert. Cyri Exped. VII, 2, 20.

καὶ λούει καὶ διακονεῖ. Subiectum hic paullo durius immutatur, pertinent enim haec verba ad singulas uxores, quae non eius vestes lavant, quod est πλύνειν, ut male intellexit Cragius, sed ipsum, antiquo illi ritui convenienter. Hinc non temere coniiciatur, nonnulla verba excidisse. Ceterum τὸ ἐκ περιουσίας notat supervacaneum et γάμος sensu mi-

nus honesto, cui vocabulum speciosius praetexere saepe solent, concubitum. V. Casaubonum ad Strabonem VI, p. 398, et Muncker ad Anton. liber fab. I, p. 3, Ed. Verh.

XXVIII. p. 18.

Μινῶαν. Plenius alias, Heraclea Minoa, haec urbs dicta fuit, et sita ad flumen Halycum salsae naturae. Videatur Cluverus Sic. antiq. I, 17. Unde apud nostrum quoque Ἅλυκον legendum esse pro Λύκον facile est coniectu. Pari labe sunt infecti Plutarchus in Timol. c. 34 et Diodorus S. XVI, 82, ubi videatur Wesseling, idem iudicans. Hinc non cunctatus sum, nostrum quoque iudicio emendare.

XXIX.

Ξενόκριτος. Hunc poetam hinc laudant Fabricius B. Gr. II, 5, 63, et Heynius opusc. II, p. 61, atque ex Plutarcho de Mus. T. II, p. 1134 B. C. eum antiquissimum musicum et paeanum scriptorem fuisse notant. Alter Erasippus, ignobilior ut videtur, a nemine alio commemoratur.

καπηλεῖον μεταβολικὸν etc. Sensus horum est: Tabernae cauponariae, aut institoriae apud eos non sunt, sed rustici sua per neminem alium ei statim vendunt, qui illis indiget et sunt αὐτοπῶλαι. Nimirum κάπηλοι varias res, fructus agrestes, cibaria, vestes, utensilia coemebant, ut carius venderent, et diversi erant ab ἐμπόροις, a mercatoribus hoc, quod hi ultro citroque commeantes externarum mercium copiosam fere ac magnam mercaturam faciebant, illi plerumque tenuiores in patria sua, peregre haud proficiscentes mercabantur. Nunc nostrates, illos Kaufleute, hos Aufkäufer, aut Krämer appellant.

Ab aliis sui generis eos iam Budaeus in comment. ling. gr. p. 247 probe distinxit, ubi μεταβολέα recte, eum esse, ait, qui vendit κατὰ κοτύλην, quem galli appelant, un marchand en detail, nostri einen Klippkrämer, qui videtur ita dictus esse apud Graecos ἀπὸ τοῦ μεταβάλλεσθαι, quia modo harum modo illarum mercium particulas divendit. Inde καπηλεῖον μεταβολικὸν inferius et inhonestius esse simplici καπηλείῳ per se erit manifestum. Huc faciunt inprimis Plato Polit. T. VI, p. 1: πωληθέντα πρότερον ἔργα ἀλλότρια παραδεχόμενοι δεύτερον πωλοῦσι πάλιν οἱ κάπηλοι. Demosth. adv. Aristogit. p. 784: εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεύς, cf. Pollux VII, 2 et Spanhemius ad Iulian. p. 141. Iam si inquirimus in rationes illius instituti apud Locros, eam proximam inveniemus, qua nollent, ut quisquam, ceterorum onere, dispendio et sumtu viveret iners, nullam aliis utilem artem quamvis per se laudabilem exerceret, praeripiendisque vitae necessariis et commodis pessimum quaestum faceret, quo ipso avaritia institorum et cocionum atque desidia in damnum aliorum excitaretur aut aleretur.

Ἐὰν ἁλῷ τις κλέπτων. Quovis fere pignore contenderim haec ab omnibus transmissum iri ut integra et bene se habentia, qui haud meminerint Aeliani V. H. XIII, 24 et Valerii Max. VI, 5, 3, extern. poenam illam non furibus sed adulteris constitutam esse dicentium. Tametsi duo unum praegravare videntur, quibuscum facit, Fabricio ad Bibl. Gr. II, 14 p. V. T. II. probante, Perizonius, accommodatum adulteris, qui capere et capi ocellis solent, esse poenam excoecationem argutius quam verius praedicans, neque ego tamen meo auctori deero. Primum rei.

cio conditionem, quam itidem probante Fabricio Simſonus offert, diverſas partes componendi inter ſe, ut το κλέπτειν apud Heraclidem de furtis amatoriis capiatur. Quis graece doctior hunc verbi uſum figuratum, qui interdum apud poetas occurrit, in proſaico ſcriptore feret? Probabilius et mitius foret ſumere, Heraclidem verbum illud in lege Zaleuci, poetice, ut priscis temporibus, ſcripta, non recte intellexiſſe. Neque hoc tamen vacat duritie. Quidſi igitur ſtatuamus, κλέπτειν in illa lege ſenſu tam lato fuiſſe, ut cuiuscunque generis furta etiam moralia comprehenderit, aliumque aliud, ut ſaepe fit, in ea inveniſſe? Nihildum melius comminiscor. Displiceat aeque, auſim tamen propugnatorem Heraclidis agere, et contendere, quod Heraclides non parum antiquior et ex puriore fonte ſua hauriens duobus illis compilatoribus praevaleat, nec video, cur poena illa minus furibus quam adulteris competat, cum illi oculis, quibus ducuntur, inprimis ad facinora ſua patranda abutantur.

Πολέμαρχος etc. Hic tam denſa menti meae offuſa eſt caligo, ut discernere nequeat, ſitne hoc nomen dignitatis an perſonale, nedum fragmenti huius rationem intelligat. Celeberrimus Heynius illo ſenſu cepit Opusc. II, p. 52. Sed tum videtur τις addendum fuiſſe, aut articulus praefigendus. Verbum ſic nude poſitum videtur certum quemdam hominem annuere. Nec pauci admodum homines fuerunt, qui hoc nomen geſſere. Inter plures nomino fratrem Lyſiae (v. Lyſiam c. Eratoſth. p. 394, 95; Plutarchus vit. dec. orat. T. XII, p. 230,) pythagoraeum philoſophum (v. Jamblichum V. P. ult.;) aſtronomum cyzizenum, Eudoxi discipulum, (v. Simplicuis ad Ariſtot. de coelo II,

46;) Aetolorum ad romanos legatum Polyb. XVII, 11; clarum quendam ſiculo — murgentinum, (v. Cicero Verr. III, 23,) philoſophum atticum apud Plutarchum de Eſ. carn. II, 4, cuius nomen corruptum male putant viri docti ad eum locum, eundem probabiliter eſſe immemores, qui a Platone de republ. T. VI, L. I, p. 146. et alias, agens inducitur. Inter aegros hypocrateos occurrit etiam Polemarchus aliquis V, 25. Horum nullus idem cum noſtro eſſe poteſt: ſed fieri poſſet, ut eſſet Spartanus loco non obſcuro natus, ſed ſceleſtus, qui finito bello primo meſſeniaco, absque idonea cauſa bonum Spartae regem Polydorum obtruncaſſe a Pauſania narratur II, 3; addit enim hic, Polydoro regnante Spartanorum coloniam Locros epizephyrios eſſe profectam. Furiis hujus parricidii exagitatus Polemarchus iſte coloniam ſecutus, Locros profugiſſe poteſt. Atque vidimus, Heraclidem regionibus cives indigenas non ſemper adſerere, ſed ab exteris quoque terris advectos et adſcriptos. Certe hic Polemarchus non minus perfidus atque nefarius videtur fuiſſe quam ille. Sed facinus eius tam obſcure narratur, ut laevam mentem excerptoris, opera ſua praeter propoſitum ſuum veterum ſcripta perdentis, iure graveris. Quis enim, graecarum rerum vel conſultiſſimus ſtatim ſciet, qui aut quando hic homo ad claſſem Corinthiorum devenerit, quae fuerit haec claſſis, quid eam Locros detulerit, et quo tetenderit? Societatis rationem inter utrumque populum poſſis deprehendere in cognatione Corcyraeorum, Conone Narr. 3 teſte, et Locrorum, quorum illi a Corinthio oriundi erant. Hinc factum forſan, ut Archias ille celeber, Syracuſas conditurus Locros deverteret, quem Dores, qui oram Locrenſem inſederant, ſecum duxiſſe tradit Scymnus Chius 277. Ve-

rum cum haec expeditio navalis prior ſit illa Polydori nece, Polemarchus hic diverſus ſit oportet a regis Spartani percuſſore. Proximum ſit, ut ad Timoleontis res decurras, ſed in iis ullam cum Locris communionem fruſtra quaeras, etſi eum orae graeciae maioris claſſem appuliſſe et Rhegii Metapontique fuiſſe conſtat. Quid multa? Haec ſunt illa, quibus meliora a publice iudicaturis me edoctum iri geſtio, quibusque illuſtrandis, ut omnem operam ſuam inſumant, oro eos et obteſtor, nam mihi vix hoc interlucet his tenebris, Polemarchum quendam Locrum, clarum genere, qui fidem ſuam, pecunia forte accepta, Corinthiis aut eorum claſſis praefecto cuidam devinxerat, ſe ſocium expeditionis futurum, deinceps poenitentia, quis dicet, qua, permotum illam deſeruiſſe, fraudemque aliquam feliciter molitum ſive clam navem iam conſcenſam evaſerit, ſive, non conſcenſa ſubdole in continenti manſerit, ubi a muſtelis ſe morſibus lancinantibus vexatus, prae moerore vita ſe privaret. Has muſtelas eſſe γαλᾶς Graecorum probatum eunt vv. dd. ad Anton. liber. XXIX, p. 127 et cl. Beckmannus ad Antigon Caryſt. p. 69. Cf. deſideratiſſimum T. R Forſter in obſerv. itin. II, p. 155, qui refert in auſtraliae inſulis mures maiores arrodere interdum homines.

XXX. p. 81.

Ἐξ Ἐλυμνίου. I. Voſſium ad Melam II, 2, Ἐχυμνίου reſcripturum, bene quidem repudiat Berkelius ad Stephanum pluribus locis allatis, ubi nomen, ut apud noſtrum ſcribitur. Sed non curioſe exegit Heraclidis verba. Alioqui vidiſſet, apud eum Elymnium non eſſe oppidum, ſed inſulam Euboeam ipſam.

Hoc evincunt Stephani verba: Ελύμνιον νῆσος Ευβοίας excerpta ab Hefychio. Quin ipfa res hoc fuppeditat. Iure enim quaereretur, qui fiat, ut Chalcidenfes, non ex Chalcide fed ex Elymnio Cleonas transferrent fuas fedes, et ex verbis obtortis fumendum effet, aut in antiquiffimum oppidum Elymnium vetuftate collapfum Chalcidenfes ablegaffe coloniam, qui tamen, mutato loco, et nomen mutare debuiffent et nominandi fuiffent Elymniatae; aut Chalcidenfes effe non oppidi, fed regionis Chalcidicae macedonicae. Ibi oppidum Elymnium ponentem Ortelium iniuria refellere Holftenium vel Mela arguit, qui clare, inter Strymona ait et Athon turris Calarnea — — et urbs Echymnia, quam Elymniam fcribendam effe recte credit Berkelius. Sed inanibus his turbis poffumus fuperfedere, neque enim Elymnium euboicum intelligitur, neque chalcidenfe, quamquam negari nequit, utrumque extitiffe. Si tenetur itaque Euboeae infulae fuiffe nomen antiquum Elymnio, omnia expedita funt, et dicuntur Chalcidenfes antiquitus, relicta infula Euboea Cleonas condidiffe. Ad antiquiorem aliquam de hac re traditionem defignandam auctor vocabulum μυθολογεῖν elegiffe videtur. Ceterum, quod hic de muribus commemoratur, qui totos exercitus quafi exarmaverint, armorum non folum loris et coriis corrodendis, fed ferro etiam adedendo, a pluribus confirmatur, quam ut in dubium vocari poffit. Anteftor Herodotum II, 141; Strabonem XIII, p. 901, Ariftotelem de mirab. audit 24 et ibi Beckmannum, Agatharchidem de rubro m. p. 43 Aelianum H. A. XII, 5; Antigonum Conft. c. 21; Ciceronem de divin. l. 44; Plinium H. N. VIII, 57; de multis fortaffe non plerosque.

XXXI.

Προμνήσου υἱός. Harum vocum offenſa eſt anceps, tum forma, tum uſu. Illa habet aliquid duri et inſoliti, eamque corruptam putandi anſam dat Stephanus Byz. v. Κράγιον; ubi quatuor urbium Cepheleniae una eſt Proneſus ſic appellata ab uno ex filiis Cephali, quem incoluiſſe et appellaſſe inſulam hoc nomine ſupra memoravimus. Accedit iſti formae auctoritas Strabonis XI, p. 69, ut ſicut heraclideam huius nominis ſcripturam ſic alias varias pro falſis habeas. Neque ei tamen dedi hoc, ut noſtram formam, ſilentibus libris, ad illam conformarem. Alterum, quod mirum videatur, eſt, quod rex Cephaleniae non ſuo ſed patris nomine deſignatur. Quid ita? Ignoravitne illud auctor, an, ut ſit interdum a Graecis, filium obliquo modo per patris nomen denotavit. Cur vero? Donec huic quaeſtioni non ſatisfiet iuſta reſponſione, ulcus ſubeſſe huic loco putavero. Poſſit latere in τῷ υἱός nomen tyranni; tunc melius referretur τὸ ἐκράτησε ad τὸ Προνήσου tamquam urbem, etſi κρατεῖν abſolute ſic poſitum nonnumquam cum τῷ ἐν iungatur. v. c. apud Demoſth. in epitaph. p. 1394. Quicquid eius ſit, hunc tyrannum per tranſennam ſignificatum ad tempora antiquiſſima et mythologica referendum eſſe ex Cephali mentione apparet, cuius nepos fuerit. — Mox auctor haud ſum τὸ τε permutare τῷ δέ. Illud enim meram vim annectendi habet, ne ſequente quidem ſemper τῷ καὶ, huic indita fere eſt comparandi poteſtas aut opponendi quae hic non convenit. Quare τὸ τε conſulto poſuerit Heraclides, ne το δὲ in avia legentem deduceret. Nullibi clarior eſt particularum iſtarum diverſus uſus quam in Hippocratis de diaeta III, 21; cf. Aeſchines ſocr. II, 2, 24; Xenophon Cyrop VIII,

3, 1; Theophraſt. Char. II, 3, 16; de cauſ. plant. 11, 14 et alibi.

εἰς τὴν κοίτην. Quamquam haec verba elliptica ratione poſſunt explicari in hunc ſenſum: er ſtreckte ihn todt auf das Bette, et coniuncto τῷ λαβὼν cum τῷ ἐσθῆτα connecti τὰ εἰςδυσάμενος εἰς etc.; hae rationes tamen aliquid habent, quod diſplicet orationemque ſcabram relinqunt, quae voce omiſſa αὐτὸν egere, τῷ ἀπέκτεινε addenda, videtur.

ἐπὶ κλέος ἐγένετο. Iure haec offenderunt Blancardum, qui ad Thomam mag. p. 345 corrigere conatur ἐπικληρὸς ἐ., quod an item recte fiat, quaeri poteſt. Haec dictio non bene quidem convenit huic loco, tum quia ſenſum aliquid ieiuni habentem parit, tum propter phraſin inſolitam γίνεσθαι ἐπὶ κλέος (nanciſci gloriam) quae vox poetica et in poetico ſermone infrequens eſt. Neque apparet, qui in virginem, omnino nihil laudabile in hac re agentem, magna eius laus competat, quae multo magis in ſtrenuum Antenorem cadebat. At potuiſſet virtus illius efficere, ut et ipſa laudem et gloriam participaret, qua celebrabatur, Antenor, carminibus, ut videtur in eum conditis, quaeque peculiariter κλέος dicitur. Hactenus ferri poſſet. Mirum tamen, rem hancce frivolam excerptori excerptu non indignam fuiſſe viſam. Hinc iure illa verba ſuſpecta fiunt. Sed vereor, ut Blancardi correctio, temere proiecta ſine ulla ratione aut ornamento, recta ſit; inde enim, quod haec puella pudicitiam ſuam conſervatam ipſi debebat, haud conſequebatur, ut totius patrimonii haeres — erbrechthabend — eſſet. Niſi forte Blancardus τὸ ἐγένετο accepit dictum pro τὸ ἦν, quod tamen vix fieri debet. Vel ſic tamen friget, utpote parum memorabile, quam

quam, Heraclidem non raro talia immiscere ſuis poteſt reſponderi. Utut ſit, mallem ſcriptum ἐπιπλέον, quod uſurpatur de rebus in cumulum accedentibus. Vide Perizonium ad Aelianum V. H. l. 30. Senſus tunc emergeret hic non inſulſus inprimis, cum ex verbis, eam ipſi antea deſponſam fuiſſe, pro certo colligi nequeat, etſi veriſimileſit. Ad cumulum famae et honoris acceſſit matrimonium eius cum puella, quae eius facta eſt, cui ſententiae convenientibus additum eſſet αὐτοῦ poſt ἐγένετο. Atque extrema excerptorum heraclideorum crebro manca ſunt ac mutila. De cetero, quis ſit hic Antenor et quae, quam matrimonio accepit, puella, ignoratur.

Ὅμηρος. Nemo forte non reprehendet, Heraclidem hunc centonem alieno prorſus loco aſſuiſſe, anilemque de Homero fabellam, paene exploſam, recantaſſe. Quam parum ſpuria homerica a genuinis dignoverit, vel haec vox teſtatur, locus Homeri enim ipſi obverſatus, nobisque in deperditis, eiusdem notae eſt, cuius verſus, qui in pſeudoherodotea Homeri vita c. 10 proſtant, qui cum noſtro auctore quadamtenus bene conveniunt, refert enim hic c. 7.: Mentem, nauclerum navis peregrinae Leucadiae inſulae Cephalleniae Smyrnam navigantem, ut frumentum mercaretur Homero perſuaſiſſe, ut dimiſſo ludo ſecum navigaret, in quo itinere, Etruria et Hiſpania viſa poeta, iam antea ex oculis laborans, delatus Ithacam, ubi Mentori commendatus erat, oculis aegrior factus ſit, et mox caecus, in Ithacane incertum an Colophone. In hoc poſtremo Pſeudoherodotus abit a noſtro, qui caecitatem Homero in Cephalenia contigiſſe putavit. De his ad Fabriciana bibliothecae graecae delegare paene inſuper habeo.

XXXII. p. 19.

Ῥόδον τὴν ν. Utrum poeta hic Pindarum Ol. VII, 114, an cum Pindaro alios ſecutus ſit, non habeo dicere. Poſt illum praeter noſtrum ita ſibi traditum habuere plures v. c. Diodorus S. V, 56; Philo Iud. p. 959. E. et Ariſtides II, p. 353. Menander in encom. p. 88 Ed. Heer. Plures adhuc cum noſtro commemorant, inſulam hanc antiquitus Ophiuſam ob ſerpentum copiam vocitatam fuiſſe, Strabo XIV. 966; Stephanus Byz. v. Euſtathius ad Dionyſ. perieg. 505; Euſebius in Chron. p. 100; Hygin. poet. aſtron. II, 14; Plinius V, 31; Alberti ad Heſych. v., quibus quis antiquiorum ſcriptorum praeiverit, extundere nondum potui. Traditio haec, ut illa, videtur antiquiſſima fuiſſe.

XXXIII. p. 19.

Ἔφεσον. Quod niſi auctori aliud memorabile de hac urbe in promtu erat, quam fatua haec etymologia, repetita ab aliis, a Stephano Byz.; etymologo m., ab aliis variata, v. c. a Pauſania VII, 2, origines Epheſi ultra Amazonum aevum promovente: facile quisque eius ipſi gratiam feciſſet, quamquam huius urbis regionem inſediſſe Amazones verum ſit ex comparatis Pindaro Olymp XIII, 122; Callimacho hymn. in Dian. 239; Inſtino II, 4.

XXXIV. p. 20.

Φωκέαν. Non ſequor Holſtenium ad Stephanum, legentem Φώκαια. Aiunt quidem, duas gentes alteram Aſiae minoris, Phocaeenſium, Phocenſium Graeciae alteram, quamquam diverſas, etiam ab antiquis fuiſſe confuſas, at nondum probatum, nomen urbis et gentis aſiaticae numquam per e fuiſſe ſcriptum.

Imo refutatur Holftenius nummo ab ipfo prolato, qui infcriptus eft Φωκέα. Cf. Rafche lex. num Antiquior dialectus ionica diphthongos non tam frequentabat quam ferior et faepe praeferebat fimplex ε. diphthongo αι. Videtur quoque fcriptio nominum nummaria non raro diverfa a librorum; et Horaclides, qui omnino rariores nominum formas amat, illam magis quam hanc fuiffe fectatus. Hinc confiderent viri docti, num illi, quos vituperat Salmafius ad Solinum p. 66, utramque urbem magis confundere videantur quam vere confuderint, qui error foret indignus homine, qualis Lucanus eft, qui, dum alibi forma phocaicus utitur, fe alteram ab altera bene diftinguere probat, mire fecum diffidens, fi verum effet, cuius eum infimulant. Potius in hanc culpam inciderit Heraclides, dum afiaticae urbis nomen, invita norma grammatica, a Phoco heroe deducit, nifi hactenus excufandus eft, quod rariorem nominis formam fequitur, etfi haec τὸ Φώκεια proprie poftulaffet. Hoc non admiffo, iure accufabitur, quod afiaticae urbi aliquid tribuit, quod nonnifi ad graecam pertinere videtur, teftante Paufania non uno loco, II, 4, 28; VII, 1. Quod ad alteram etymologiam attinet, vix aliis approbabit, quod unam phocam nominat, cum haec animalia femper gregatim vivant. Melius itaque Stephanus διὰ τὸ πολλὰς ἀκολουθῆσαι φώκας τοῖς κτίσασιν. — Ceterum τὸ ξηρὸν, quamquam ἡ ξηρὰ crebrius ufurpatur, habet quo fe defendat Nicandri Alexiph. 704.

XXXV. p. 20.

Κρώτωνα etc. Hic Croton a Scholiafte Theocriti IV, 32 filius Aeaci et frater Alcimi nominatur, cf. Diodorus IV, 25, qui fua ex eodem, quo nofter, fonte petierit.

XXXVI. p. 20.

εἰς τοὺς κρατῆρας etc. Olim hic de fornacibus cogitabam quales noſtrae ſunt cubiculariae, de quibus agit clariſſ. Beckmannus in hiſtor. art. II, p. 417. At re penitius inſpecta, nunc proclivis ſum eo, ut putem, ſermonem eſſe hic de fornacibus aut caminis montis Aetnae, quo deiiciendos miſeros illos Phalaris miſerit. Multa ſunt, quae faveant huic opinioni. Fornaces auctor crateres vix appellaſſet, neque hoc ſenſu, ſi vel maxime uſu veniret, articulum addidiſſet vocabulo κρατῆρας. Accedit, quod ne verbum quidem ἀποστέλλειν ſic bene congruit, cui notio longinquitatis inhaeret. Refer vero ad montis Aetnae voragines, et omnia fient iuſta, neque obeſt omiſſa aut ſuppreſſa illius commemoratio, utpote quae in re omnibus Siculis nota nec dubia, neceſſaria non erat, nec inhibere hunc interpretandi conatum poteſt, quod a nonnullis, v. c. a Plinio H. N. III, 8, unus tantum nominetur crater; a plerisque enim, aetate prioribus, ſcriptoribus plurium fit mentio, ab Ariſtotele de Mundo c. 6. ab Epigrammatiſta apud Diogen. Laert. VIII, 2, 11; Strabone VI, p. 412; cf. Scholiaſtes Sophocl. Oed. Colon. 1664; Pauſanias VII, 23; Longinus de ſublim XXXV; Diodor. S. IV, 5. Neque mere poeticum videtur, cum Lucretius de N. R. VI, 681; de faucibus loquitur, quas mox crateras V, 707 vocat et Severus in Aetna 601. fornaces. Dicendum itaque, ut hos cum illis conciliemus, alterutrum ex crateribus poſtmodum obſtructum corruiſſe, aut Plinium maximam voraginem κατ' ἐξοχὴν ita nominaſſe, cum ab aliis cava in vertice montis quoque crateres appellarentur. —

De tauro illo celebri, et an eum dirum in uſum

adhibuerit Phalaris necne, vide collecta in notis ad Fabricii Bibl. Gr. II, 10, p. 662, T. I. Illi ſententiae ponderis aliquantum addit noſter, cum aliis, qui ibi excitatis aggregantur, Ciceroni in Piſon 18, defin. V, 28. de offic II, 7.; Valer. Max. II, 9; Plinius XXXIV, 8; Ovid in Ib. 439; I. Amor. 649, qui, opinante Ruhnkenio epiſt. crit. II, p. 182, ob oculos habuit Callimachum fr. 115. Non exputo, quomodo horum et tot aliorum ſcriptorum quorum chorum ducit Pindarus, amplam et luculentam auctoritatem in mentem inducat Gillies in hiſtor. ret. graec. II, 114. penſari levi momento Timaei ſiculi, qui rem pro fabula habet, ſed quem noſſe debet eſſe ſcriptorem tam vanum et animoſum, quam iniudicioſum et fatuum, cum vel hinc nihil probabilius ſit, quam eum hoc iactaſſe, ut ſuum popularem purgaret. Tenui eius auctoritati elevandae ſuffecerit Dorotheus et ipſe ſiculus apud Stobaeum XLVII, p. 350. Multo ſanius eſt iudicium Bentleii ad Phalar. epiſt. p. 284, 85, qui egregium talium iudicem ſeſe praeſtat p. 103. quoque, ubi noſtrum bene, mutata diſtinctione, interpretatur. Sublato puncto ante τὸ ἐνέπρησε hoc ipſum verbum recte ad populum non ad tyrannum refert. Etſi enim reapſe non abhorrent talia facinora ab huius hominis indole, miro tamen modo auctor ſeſe tamquam oblitum alicuius revocaret, alienoque loco haec inferret, ante ὅνπερ ponenda. Quare non ceſſavi, quin haec ad bentleianum iudicium componerem. Attamen non credo textum omnino ſanum eſſe. Forte genus vindictae excidit poſt ἐτιμωρήσατο, qua adverſus eum graſſati ſunt Agrigentini, et quam non omnes auctores eandem tradunt, plerisque tamen iisque optimis, tyrannum eandem, qua alios affecerit, poenam ſubiiſſe affirmantibus.

Μεϑ᾽ ὃν Ἀλκμάνης. Nomen hoc speciei non satis graecae mutanti mihi et emendanti Ἀλκαμένης succurrit Bentleius ad Phalar. epist. p. 22. Quae difficultas huius loci utinam unica esset. Sed restat alia multo gravior, quam facit res historica. In diversissima enim hic abit noster a Scholiaste Pindari, qui primo loco ad Olymp. II, 82. Telemachum cheraeum narrat in Siciliam venisse, Agrigentum cum regione occupasse, et successores deinceps habuisse Chalciopeum, Aenesidamum, Theronem, Gelonis syracusani socerum, quorum prioribus duobus schol. recentior Emmenidem interferens vix audiendus est. Altero loco ad Olymp. III, 68. secum ipse discors est, sed hactenus tantum, quod pro Chalciopeo hic Emmenidem ponit, Telemachum regno exuisse Phalarin adiungens. Tertio denique loco ad Pyth. VI, 4. eandem genealogiam, ex Hippostrato genealogiarum sicularum auctore, omisso tamen inter Emmenidem et Theronem Aenesidamo profert. Tametsi hunc scholiasten secum ipso diffidentem secum componere nostrum non est; tamen literis non possum temperare, quin moneam, Emmenidem et Chalciopeum esse synonyma, et hoc videri esse cognomen, ex corporis indole inditum. Atenim dirimat mihi aliquis litem illum scholiastem inter et nostrum, quem pro Emmenide Alcamenem, pro Aenesidamo Alcandrum nominantem aut ex aliis fontibus sua hausisse, aut depravatum esse dicendum est, quod probabilius sit eo, quod nulla Theronis mentio sit, quae expectari potest, tum quia facile post Phalarin celeberrimus tyrannorum agrigentinorum fuit, tum quia eorum ultimus erat. Ceterum vera tradere Heraclidem de luxu Agrigentinorum maximo eodem et diuturno, quippe qui durabat a regno inde Darii

Hyſtaspis usque ad Platonis aetatem et diutius, teſtantur Diodorus Sic. XIII, 84; Aelianus V. H. XII, 24; Diogenes Laert VIII, 63 et Athenaeus II, 2. Cauſae eius praecipuae erant ubertas ſoli, et mercaturae. Omnino hiſtoria Agrigentinorum, obſcura, ſi qua alia populorum ſecundi ordinis digna eſt, quae ſingulari ſtudio excutiatur. Quo magis miror, Bentleium, noſtri et ſcholiaſte locum conferentem ad eruendam Phalaridis aetatem ſe hic tam ſocordem ac ſegnem praebuiſſe, ut has diverſitates, quae non poterant non ſuo ingenio graviter inſtare, utcunque tolleret.

εὐθένησαν. Sic tacite Bentleio ad Phalar. et poſtea aperte Blancardo ad Thom. mag p. 382, reponenti obſequendum mihi eſſe duxi pro εὐσθένησαν, quod tam abhorret a ſenſu huius loci, quam alterum ei convenit, deſignat enim affluere bonis externis, et felicitate, quae inde manat, deducendum quidem a θὴν, cumulus. Cf. doctiſſimus Niclas ad Geopon. V, 43.

XXXVII. p. 21.

Ιθακησίων. Hanc inſcriptionem, olim hiſtoriunculae de Pavia praefixam, huc transponens ne arrogans videar, non vereor; nam non iam refertur ad Agrigentinos, ſed ad Ithacenſes, quorum regis Ulyſſis avus hic Arceſius fuit. Atque ipſe Ariſtoteles hoc tradiderat in republica Ithacenſium, auctore Etymologo magno. En ipſum locum: Αριστοτέλης ἐν τῇ Ιθακησίων πολιτείᾳ τὸν Κέφαλον οἰκοῦντα ἐν ταῖς ἀπ' αὐτοῦ κληθείσαις κεφαληνίαις νήσοις, ἄπαιδα ἐπὶ πολὺ ὄντα, ἐρόμενον τὸν θεὸν κελευσθῆναι ᾧ ἂν ἐντύχῃ θήλει συγγενέσθαι, παραγενόμενον δὲ εἰς τὴν πατρίδα καὶ δὴ ἐντύχοντα ἄρκτῳ κατὰ χρησμὸν συγγενέσθαι, τὴν δὲ ἐγκύμονα γενομένην μεταβαλεῖν εἰς γυναῖκα καὶ τεκνεῖν παῖδα Αρκέσιον ἀπὸ ἄρ-

κτου. Hic locus apprime valet ad noſtrum tum emendandum tum explicandum. Ex eo enim noſtro inſerendum eſſe θήλει poſt ἐντύχῃ et ἄρκτῳ, quod a Cragio pro nomine proprio lepide acceptum, olim vulgo ſed perperam expreſſum erat, mutandum eſſe in ἄρκτῳ evidentiſſimum eſt. Quare huic loco medelam incunctanter attuli, dolens tamen, me eum inde perſanare haud potuiſſe, nam verba πλησ. γεννῆσαι γυναῖκα quoque in mendo cubant, media vox inprimis. Vix enim verba torquere debeas in hunc ſenſum ut is concubitu — id enim eſt πλησιάζειν ut apud Pauſaniam et apud Apollodorum femellum animal transformarent in feminam hominem. Cui praeſtaret ſine dubio πλησιάσαντος αὐτοῦ γενέσθαι γυναῖκα. Poſſit etiam fuiſſe πλησιάσαντι φανῆναι γ. Apertum eſt Heraclidem, niſi exſcripſit Ariſtotelem, indidem habere ſua.

Πορθμεύς. Haec excerpendo luxata et debilitata ſunt. Cogitandum enim relinquitur legentibus, picem ſenis fuiſſe, quam auro ſecuritatis cauſa, ſi qui latrones ſe adoriantur ne ſecum caperent piratae, emere ab his imprudentibus ſenem iuſſerit. Poſſit quoque haerere aliquis in τῷ ταῦτα; ſed ſuſpicantem pertinere ad ſenem cum pice ſua confirmat Plutarchus Quaeſt. G. XXXIV. qui portitorem miſericordia motum gratis redemiſſe ſenem ſuam opem implorantem ſibique inſtantem adiicit. Idem pro pice clarius loquitur de vaſis pice refertis, et Πυῤῥίας ſcribit pro Παρίας, quod nomen corruptum iudico ac mutandum in illud, quod et alibi occurrit, v. c. apud Ariſtophanem in Ran. 742, Lucian Tim. 22. Bene ac facile inde proverbium naſci poterat, quod ingratum vulgo hominum animum iu bene ſibi facientes carperet, gratorumque paucitatem oſtenderet.

XXXVIII. p. 21.

Αφυταίων. Nomen hoc gentile recte ſe habere patebit conferentibus Thucydidem I, 64 cum notis. Oppidi macedonici in cherſoneſo thracia ſiti neque ignobilis nomen fuit non ſolum Aphytis, ut apud Xenophontem Hellen. II, 3. 19. ſed Aphyte etiam, v. vel Stephanum byzant. Hinc fruſtra eſt Kuhnius, qui ad Pauſan. III, 18 gentile hoc corrigi in Αφυτίαιος iubet. — Ceterum eandem negligentem ſuorum ſecuritatem Nicolaus Damasc. apud Stobaeum XLII, p. 292. Celtis et Aethiopibus tribuit. — Vocem in hoc centunculo occurentem, neque Cragio intellectam ἀπόστασις, pro ἀποθήκη. cella, bene explicuit Toupius Emend. in Suid. II, p. 241, qua vocis vi doctiſſ. Schneider ſuum lexicon non debuiſſet fraudare.

XXXIX. p. 22.

ὅπως παιδεύονται. Graece docti hoc aspernabantur, legentque παιδεύσονται, memores eorum, quae praeceperunt Brunckius ad Aeſchyli Prom. 155 et Wolfius ad Demoſth. in Lept. p. 266. Poſſit tamen ſine legis grammaticae offenſa etiam legi παιδευώνται, ut apud Palaephatnm L, 1. Quod hic narratur argumento eſſe, fuiſſe Iaſſenſes Cariae homines frugi et induſtrios, quam virtutem arguit quoque feſtiva hiſtoriuncula, memoriae mandata a Strabone XIV, p. 973. cf. locum claſſicum Polybii XVI, 11.

XXXX. p. 22.

Ιχθυοῦσα. Vera hic referre Heraclidem monſtrant Plinius H. N. IV, 23 cum Stephano Byz. — Mox το κατὰ mutandum videtur in μετὰ. Cauſae fugae non vero ad Icarum pertinet, ſed ad Daedalum,

hic enim ſuit, qui Theſeo conſilia dediſſe fertur e labyrintho ſeſe expediendi. V. Servius ad Aen. VI, 14. Icarus non niſi ſocius itineris patri fuit.

XXXXI. p. 22.

Ἄργιλον. Quod de nominis huius vi pronunciatur, praeſtat Stephanus byz.

XXXXII. p. 22.

Θεσπιέων. De indole boeoticorum populorum nemo diſertior eſt Dicaearcho in Vita Graeciae, inprimis p. 19. Sed ibi dicta non ſatis concinunt cum noſtro. Uterque forſan alter altera tempora reſpexere. Φιλεργίαν omnimo omnibus illis attribuit. p. 16.

AUS DER SCHRIFT HERAKLIDS ÜBER DIE STAATEN.

I.

Staat der Athenienſer.

Anfangs hatten die Athenienſer eine monarchiſche Staatsverfaſſung. Jonier hieſsen ſie aber erſt, ſeitdem Jon ſich unter ihnen niedergelaſſen hatte. Pandion, welcher nach Erechtheus König in Athen war, theilte das Reich unter ſeine Söhne. . . . Die Athenienſer lebten in beſtändigen Streitigkeiten. Theſeus gebot ihnen Friede und vereinigte ſie in ein Staatsſyſtem, deſſen Princip war Gleichheit und Analogie der bürgerlichen Rechte. Er ging nach Scyrus, und wurde hier vom Lycomed, welcher früchtete, er möchte ſich die Inſel unterwerfen, über Felſenklippen herunter todt geſtürzt. Späterhin in der Perſer Zeit nahmen die Athenienſer ſeine Gebeine mit ſich. . . . Nach dem Ausſterben der Kodriden wählte man keine Könige wieder, weil man glaubte, ſie hätten

ſich dem Luxus und der Ueppigkeit ergeben. Um dieſe Schmach loſs zu werden, band Hippomenes, einer der Kodriden, einen zudringlichen Liebhaber, den er bei ſeiner Tochter getroffen hatte, an einen Wagen, wobei ſie ihm helfen muſste, und ſchleifte ihn zu Tode; ſeine Tochter aber lieſs er ſo lange bei einem Pferde eingeſperrt, bis ſie umkam. . . . Den Cylon und ſeine Konſorten, welche zum Altare der Minerva ihre Zuflucht genommen hatten, lieſs Megakles und ſeine Parthey tödten, weil er nach der unumſchränkten Obergewalt ſtrebte, und die ihn gemordet hatten, verwieſs er des Landes als Frevler. . . . Der athenienſiſche Geſetzgeber Solon verminderte den Schuldenſtand, welche Staatsoperation man die Seiſachthie (Laſterleichterung) nannte. Als ihn einige wegen ſeiner Geſetze beunruhigten, reiſste er nach Aegypten. . . . Piſiſtratus war 33 Jahr hindurch unumſchränkter Herrſcher über Athen, und ſtarb als ein alter Mann. Hipparch, Piſiſtratus Sohn, war ein Freund des ſinnlichen Wohllebens, des Frauenzimmers und der Muſen. Theſſalus, ſein Bruder, war jünger und wild. Als man dieſen, während ſeiner Despotie über Athen, nicht aus dem Wege ſchaffen konnte, tödtete man ſeinen Bruder Hipparch. Hippias herrſchte aber

noch ſtrenger; auch führte er das Geſetz ein, welches, wegen der nach der Oberherrſchaft ſtrebenden gegeben wurde. Unter andern wurden durch das Scherbengeſetz auch Xanthip und Ariſtides verbannt. . . . Ephialtes lieſs alle, welche Luſt hätten, ſich aus ſeinen Pflanzungen Früchte ſammeln, wodurch er viele Menſchen ernährte. Kleon übernahm die Leitung des Staats, verdarb aber die Konſtitution deſſelben. Noch mehr, als er, thaten dies ſeine Nachfolger, welche in allen den Geiſt der Geſetzloſigkeit weckten, wovon nicht weniger als 1500 Bürger das Opfer wurden. Als dieſe Herrſchaft ein Ende hatte, waren Thraſybul und Rhinon, ein braver edler Mann, die Stützen ihres Vaterlandes. . . . Themiſtocles und Ariſtides, ſo wie der Areopag, hatten viele Gewalt; auch ſorgten ſie dafür, daſs Niemand die Straſsen verbauete, über die Stakete hinaus. So ſetzten ſie auch eilf Männer an, welche für die Gefangenen ſorgen muſsten. . . . Die Aufſicht haben neun Archonten zu Athen, mit Einſchluſs der Thesmotheten, welche nach ihrer Erwählung, ihr Amt gerecht zu verwalten, keine Geſchenke anzunehmen oder auch keine goldene Statüen zu errichten, ſchwören müſſen. - Der König beſorgte die Opfer und die Kriegsangelegenheiten. . . .

II.

Staat der Lacedämonier.

Die Einrichtung des Lacedämonifchen Staats legen einige ganz dem Lycurg bei. . . . Alkmann, ein Sklav des Agefidas, erhielt wegen feiner Talente die Freiheit; und wurde Dichter. . . . Lycurg ftarb auf der Infel Samos. Er erhielt von Kreophylos Nachkommen Homers Gedichte, und war der erfte, welcher ein Exemplar davon nach dem Peloponnes brachte. Da er fand, dafs fein Vaterland in dem Zuftande grofser Gefetzlofigkeit fei, und dafs Charill dafelbft tyrannifch regiere, fo fetzte er ihn ab und brachte die ftreitenden Partheien zum Beften des Staats auseinander. Auch foll er die Kryptia, (die heimliche Gefetzfitte) eingeführt haben, nach welcher noch jetzt die Spartaner bei Tage aus der Stadt gehen und fich verbergen. Des Nachts kommen fie dann hervor und machen fo viele Heloten, als ihnen gut deucht, nieder. Auch fetzen die Spartaner Ephoren an, welche im höchften Anfehen bei ihnen ftehen, denn fie ftehen vor keinem, als vor einem König und vor einem Ephoren, auf. Ift ein König geftorben, fo wird in drei Tagen nichts verkauft und der Markt mit Spreu beftreut. . . . Die Lacedämonier hielten den Sänger von

Lesbos in Ehren; denn ein göttlicher Orakelſpruch befahl ihnen auf ſeine Geſänge zu hören. Es wird bei den Lacedämoniern für ſchimpflich gehalten, Land zu verkaufen: alte Erbtheile zu zerſtückeln iſt nicht erlaubt. In Lacedämonien iſt den Weibern aller Schmuck verboten, und es iſt daſelbſt weder erlaubt, langes Haar zu haben noch Gold zu tragen. Sie laſſen ihre Kinder ſich nie ganz ſatt eſſen, damit ſie hungern lernen. Auch gewöhnen ſie dieſelben zu ſtehlen, und wer ſich ertappen läſt, der kriegt Prügel, um dadurch in den Kriegen dulden zu lernen und wachſam zu ſeyn. Auch üben ſie ſich gleich von Kindheit an auf kurzen Ausdruck: dann auch, Späſse gut auszutheilen und gut einzunehmen. Sie laſſen ſich ohne alle Pracht einer wie der andere begraben. Waizen wird bei ihnen gar nicht gemahlen, denn ſie bekommen kein Waizenmehl. Gerſtenmehl iſt ihre Koſt. . . . Die Lacedämonier haben einſt die Heloten, wie die Theſſalier die Peneſten, zu ihren Sklaven gemacht. . . . Als die Lacedämonier im Kriege mit den Meſſeniern waren, gebaren die Weiber in ihrer Abweſenheit Kinder, welche den Männern verdächtig vorkamen, als wären ſie nicht von ihnen, und die ſie Jungferſöhne nannten, welches dieſe übel nahmen.

III.

Kretensischer Staat.

Minos, ein betriebsamer Mann, und ein sich durch Rechtschaffenheit auszeichnender Gesetzgeber, soll erster Stifter des Kretensischen Staats gewesen seyn. Neun Jahr beschäftigte er sich damit, Gesetze zu Stande zu bringen. Dass der Kretensische Staat von allen der älteste sei, erhellt aus dem Homer, wenn er von den Kretensischen Städten spricht, sie wären gut bewohnt; und aus dem Archilochus, der in einem Spottgedichte von jemand sagt: *κλαίω θαλασσῶν οὐ τὰ Μαγνήτων κακά*, Ἱππότροφοι u. s. w. In Kreta sind die jungen Leute stets bei einander, und zwar tragen sie Sommer und Winter ein einziges Kleid. Sie versammeln sich truppweise. Ein jeder Trupp hat seinen Aufseher, welchen sie den Agelaten nennen. Jeder Truppanführer läßt sie auch zusammen kommen, wo er will, und geht auf die Jagd mit ihnen aus. Meistens schlafen sie auch zusammen. Auch halten sie gesetzmäßige Kämpfe mit Fäusten und Knitteln, und wenn sie angreifen, so spielen einige dazu mit Flöten und Cithern; und so gewöhnen sie sich an Tapferkeit und Beharrlichkeit. Ihr wissenschaftlicher Unterricht erstreckt sich nur auf das Erlernen der Buchstaben, und auch mit diesem treiben

ſie es nicht ſehr ernſtlich. Die Kretenſer ſcheinen die erſten gewesen zu ſeyn, unter denen Männerliebe Sitte war. Dieſe hat ihnen nichts anſtöſsiges. Gewinnen ſie des geliebten Gunſt; ſo führen ſie ihn auf einen Berg oder auf ihre Landgüther und traktiren ihn da ſechzig Tage; länger dürfen ſie nicht. Der Liebhaber macht ein Kleid und andere Sachen, z. B. einen Ochſen zum Geſchenke. Die Kretenſer ſitzen beim Eſſen alle auf Stühlen. Den Fremden legen ſie zuerſt vor, dann vier Portionen dem Anführer, die erſte als gewöhnlicher Perſon, wie den andern, die zweite als Anführer: die dritte bekommt er als Hausportion, die vierte fürs Geſchirr. Ueberhaupt begegnet man in Kreta den Fremden ſehr höflich und nöthigt ſie oben hin.

IV.

Cyrenaiker.

Cyrene iſt von Battus erbaut, der vorher Ariſtoteles hieſs, und dieſen Namen erhielt, weil die Pythia ihn Battus nannte. Er ging nach Delphi, um das Orakel wegen ſeiner Sprache zu befragen, denn er ſtotterte. Als ihm nun Apoll befahl, Libyen anzubauen, mislang der erſte Verſuch. . . . Pheretima, Arceſilaus Mutter, regierte hier ſehr hart und

machte vielen Aufwand. In einem Kriege mit den Barcäern liefs fie nach der Einnahme von Barca die Männer kreuzigen, den Weibern hingegen die Brüfte abfchneiden. Nicht lange nach diefer Handlung verfaulte fie bei lebendigen Leibe. . . . Battus, der Schöne, war der fiebente nach dem Battus. Unter Arcefilaus Regierung liefs fich ein weifser Rabe fehen, über welchen man fich mit einem böfen Orakel trug. Bei der Umwandlung des Staats in eine Democratie begab fich Battus nach den Hesperiden, wo er den Tod fand; feinen Kopf nahm man und warf ihn ins Meer. . . . Es war Gefetz in Cyrene, die Procefsfüchtigen und Stänker auf Befehl der Ephoren vor Gericht zu führen, fie in Geldftrafe zu nehmen und fie infam zu machen.

V.

Korinther.

Korinth hiefs vorher Ephyra bis auf den Korinthos, deffen Namen es erhielt. Hier war Bachäus der dritte König, welcher hinkte und unanfehnlich war, aber gut und patriotifch regierte. Er hatte drei Töchter und fieben Söhne, welche der Familie ein folches Anfehen gaben, dafs ihre Nachkommen nun nicht mehr Herakliden, fondern Bachiaden hiefsen.

Periander änderte zuerſt die Verfaſſung: er hielt ſich eine Leibwache und lieſs keinen in der Stadt leben. Auch verbot er den Beſitz von Sklaven und allen Luxus. Auf andern Seiten überſchritt er das Maaſs nicht, denn er nahm von Niemand Steuer, und war mit den Markt- und Hafenzöllen zufrieden. Weil er weder ungerecht noch gewaltthätig, ſondern ein Feind alles Böſen war, ſo lieſs er auch alle Buhldirnen erſäufen. Zuletzt errichtete er einen Rath, deſſen Mitgliedern er nicht mehr zu verzehren erlaubte, als ſie einzukommen hatten.

VI.

Eleer.

Dieſe wurden von dem zu Gewaltthaten geneigten und harten Pantaleon beherrſcht. Dieſer lieſs die an ihn abgeſchickten Geſandten verſchneiden und ihre Hoden verzehren.

VII.

Tenedier.

Die Inſel Tenedos wurde Anfangs Leukophrys genannt. In der Folge, noch vor der trojaniſchen Zeit, lieſs Tennes, der mit ſeinem Vater ſich entzweite, ſich auf ihr nieder. Da ſeine Stiefmutter, die das Zeugniſs

